neamus, ut illud, etiamsi sit verissimum, tacitum tamen tamquam mysterium teneant, quod negant versari in re publica esse sapientis. Nam si hoc nobis atque optimo cuique persuaserint, non poterunt ipsi esse, id quod maxime cupiunt, otiosi.

Stoicos autem, quos minime improbo, dimitto tamen nec 18 65
eos iratos vereor, quoniam irasci nesciunt; atque hanc eis habeo gratiam, quod soli ex omnibus eloquentiam virtutem ac sapientiam esse dixerunt. Sed utique est in his, quod ab hoc, quem instruimus, oratore valde abhorreat; vel quod omnes, qui sapientes non sint, servos, latrones, hostes, insanos esse dicunt, neque tamen quemquam esse sapientem; valde autem est absurdum ei contionem aut senatum aut ullum coetum hominum committere, cui nemo illorum, qui adsint, sanus, nemo civis, nemo liber esse videatur. Accedit quod orationis etiam 66
genus habent fortasse subtile et certe acutum, sed, ut in oratore, exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum, ac totum eiusmodi, quo uti ad vulgus nullo

1. *etiamsi sit.* S. d. krit. Anh.

2. *quod negant* = quod dicunt, cum dicunt non esse sapientis —.

3. *optimo cuique* — die ihre Thätigkeit dem Staate widmen.

4. *non poterunt* etc. — weil sie dann aus dem von ihnen verschuldeten Mangel an Arbeitern am Ende selbst Hand anlegen müssen; dann wäre es mit ihrem süßen Nichtsthun aus. Die ganze Kritik der Epikureer ist voller Ironie, wie ein römischer Staatsmann diese epikureischen Grundsätze in der That nicht wohl anders behandeln konnte.

5. *Stoicos,* II 159 f.

6. *irasci nesciunt* — wegen der ἀπάθεια und ἀταραξία des Philosophen.

7. *virtutem,* 55.

8. *sed utique* = 'aber jedenfalls haben sie, was — sich nicht verträgt'. utrumque, was die Hdschr. haben, könnte sich nur auf zwei schon genannte oder bekannte Dinge, nicht aber auf das folgende beziehen. S. d. krit. Anh.

9. *vel* — das zweite Glied des Disjunktivsatzes folgt 66 in veränderter Wendung mit Accedit quod, wodurch zugleich die größere Wichtigkeit dieses zweiten Punktes (für den Redner) angedeutet wird.

10. *servos, latrones, hostes, insanos,* dem stehen nachher in chiastischer Form sanus, civis, liber gegenüber; latrones hat keinen Gegensatz und ist wohl dem Begriff des servus untergeordnet.

11. *neque tamen quemquam esse sapientem,* Lael. 18 Negant enim quemquam esse virum bonum nisi sapientem. Sit ita sane; sed eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus.

14. *orationis genus,* II 159. Brut. 114 quorum peracutum et artis plenum orationis genus scis tamen esse exile nec satis populari assensioni accommodatum.

15. *ut in oratore,* II 2; 54 Cato mai. 12 multae etiam ut in homine Romano litterae; = nach oratorischem Maßstab; für einen Redner, II 159.

17. *ac totum,* s. d. krit. Anh. Crassus schließt seine Charakteristik der stoischen (philosophischen) Sprache damit, daß er alles in den entscheidenden Hauptpunkt zusammenfaßt: sie weicht nicht nur vom Volkston ab (abhorrens ab auribus vulgi), sondern verbindet auch mit den gewöhnlichen Worten ganz andere Begriffe, sodaß man überhaupt ihre Ausdrucksweise höchstens nur wieder vor Stoikern gebrauchen kann. Denn Ausnahmen wie die des Cato Uticensis sind sehr selten: Brut. 118. Parad. prooem. 'animadverti, saepe Catonem — cum in senatu senten-

modo possit. Alia enim et bona et mala videntur Stoicis et ceteris civibus vel potius gentibus; alia vis honoris ignominiae, praemii supplicii; vere an secus nihil ad hoc tempus; sed ea si sequamur, nullam umquam rem dicendo expedire possimus.

67 Reliqui sunt Peripatetici et Academici; quamquam Academicorum nomen est unum, sententiae duae. Nam Speusippus, Platonis sororis filius, et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem Polemo et Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magno opere dissensit; copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt. Arcesilas primum, qui Polemonem audierat, ex variis Platonis libris sermonibusque Socraticis hoc maxime adripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus aut animo percipi possit; quem ferunt eximio quodam usum lepore dicendi aspernatum esse omne animi sensusque iudicium primumque instituisse (quamquam id fuit Socraticum maxime), non quid ipse sentiret ostendere, sed contra id, quod

68 quisque se sentire dixisset, disputare. Hinc haec recentior Academia manavit, in qua exstitit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia Carneades; cuius ego etsi multos auditores cognovi Athenis, tamen auctores certissimos laudare pos-

tiam diceret, locos graves ex philosophia tractare, *abhorrentes ab hoc usu forensi et publico,* sed dicendo consequi tamen, ut illa etiam populo probabilia viderentur. Quod eo maius est illi, quam aut tibi aut nobis, quia nos ea philosophia plus utimur (68), quae peperit discendi copiam et in qua dicuntur ea, quae non multum discrepant ab opinione populari, Cato autem, perfectus mea sententia Stoicus, et ea sentit, quae non sane probantur in vulgus, et in ea est haeresi (Sekte), quae nullum sequitur florem orationis, neque dilatat (I 163) argumentum, sed minutis interrogatiunculis quasi punctis quod proposuit efficit.'

1. *alia — et* p. Caec. 57 non alia causa est aequitatis in uno servo et in pluribus.

3. *ad hoc tempus*, wie II 5.

4. *expedire,* 'entwickeln', weil uns nämlich kein Mensch versteht, vgl. II 142 expediet et exponet.

6. *sententiae duae,* zwei Richtungen, nämlich die alte, die noch von Platos Schüler Aristoteles nicht abwich, und die neue Akademie, die nun einen besondern Grundsatz hervorhob und an die Spitze stellte (s. ind. Acad.).

9. *dissensit,* der Singular wohl in Anlehnung an den lebhaften Gesprächston wie II 2 narravit; 26 exspectat. Zum Inhalt vgl. II 53 u. 58; Brut. 30 magistri dicendi multi subito exstiterunt. Tum Leontinus Gorgias, Thrasymachus Calchedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Ceus, Hippias Eleus in honore magno fuit, aliique multi temporibus eisdem docere se profitebantur. Bei dem folgenden fuerunt wird nicht mehr an die einzelnen, sondern an die ältere Akademie gedacht. (Lambin korrigiert: dissenserunt, Bake: dissentiunt.)

10. *primum,* es werden die verschiedenen Entwicklungen der Akademie aufgeführt. Statt aber dann fortzufahren: deinde Carneades — tritt dafür eine andere Wendung ein: hinc haec recentior Academia manavit.

12. *certi,* I 222.

nihil certi ist Prädikat zu dem im Relativsatz enthaltenen Subjekt.

13. *possit,* II 348.

15. *Socraticum,* s. ind. Socrates.

19. *ego — Athenis* steht im Gegensatz zu *Scaevola Romae.* Einl. I § 1, 2 und 14, 164.

20. *auctores,* Gewährsmänner.

sum et socerum meum Scaevolam, qui eum Romae audivit adulescens, et Q. Metellum L. F. familiarem meum, clarissimum virum, qui illum a se adulescente Athenis iam adfectum senectute multos dies auditum esse dicebat.

Haec autem, ut ex Apennino fluminum, sic ex communi 19 69
sapientiae iugo sunt doctrinarum facta divortia, ut philosophi, tamquam in superum mare [Ionium] defluerent, Graecum quoddam et portuosum, oratores autem in inferum hoc Tuscum et barbarum, scopulosum atque infestum laberentur, in quo etiam ipse Ulixes errasset. Quare, si hac eloquentia atque hoc ora- 70
tore contenti sumus, qui sciat aut negare oportere, quod arguare; aut, si id non possis, tum ostendere, quod is fecerit, qui insimuletur, aut recte factum aut alterius culpa aut iniuria aut ex lege aut non contra legem aut imprudentia aut necessario; aut non eo nomine usurpandum, quo arguatur; aut non ita agi, ut debuerit ac licuerit; et, si satis esse putatis ea, quae isti scriptores artis docent, discere, quae multo tamen ornatius

5. *ex communi sapientiae iugo,* vor erfolgter Scheidung, wo cogitandi pronuntiandique ratio visque dicendi noch in der éinen sapientia geeinigt waren, wie die Quellen auf dem éinen Bergrücken (aus denen aber dann die daraus entspringenden Flüsse nach entgegengesetzten Seiten auseinandergehen).

6. *divortium,* Abkehr, ist der eig. Ausdruck für Wasserscheide; Att. V 20, 3 Amanus Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit; ebenso Fam. II 10, 2 mons — divisus aquarum divortiis; sonst = Ehescheidung, s. d. Ind.

7. *superum,* s. ind. inferum. — In der verschiedenen physischen Beschaffenheit beider Meere spiegelt sich gleichsam die geistige Beschaffenheit der beiden Richtungen ab, indem die philosophische griechische dem beschränkteren hafenreichen ionischen Meer (das für das griech. otium reichlich willkommene und sichere Ruhepunkte bietet), die oratorische römische dem offeneren u. gefährlicheren Tuskischen Meer zufällt (wo es gilt, mit starker Hand das Steuerruder zu lenken, damit das Schiff an den vielen Klippen nicht zerschelle).

9. *barbarum,* natürlich vom Standpunkt der Griechen aus.

in quo etiam errasset = errasse dicitur — also schon nach uralter Tradition ein Meer, in das man sich ohne den größten Gefahren entgegenzugehen nicht wagen dürfe.

10. *hac,* d. h. der schulmäßigen, wie sie die (griechischen) Rhetoren lehren.

11. *qui sciat,* der sein bischen Theorie gut inne hat; als die Blüte der rhetorischen Theorie galt eben die Statuslehre, vgl. Einl. II § 3. Hier giebt Cic. eine wieder etwas anders gefärbte Darstellung derselben, als I 138 ff.; II 110 ff.; die hier beliebte Aufzählung umfaßt die constitutio coniecturalis (*aut negare*), die Abart der generalis, nämlich die iuridicialis (*aut tum ostendere* etc.), u. zwar a) die iuridicialis absoluta (*recte factum*), b) die iuridicialis (s. zu II 113) assumptiva (*alterius culpa* u. *iniuria*); damit parallel erscheint hier in eigenartiger Verwendung das Hermagoreische genus legale (*ex lege, non contra legem, imprudentia, necessario*); dann erst wird (*aut non eo nomine usurpandum*) die definitiva angeschlossen und den Beschluß bietet die dem römischen Prozeßverfahren mehr fremde translativa (*aut non ita agi ut debuerit ac licuerit*) deren Erfinder Hermagoras war.

17. *scriptores artis,* = Theoretiker,

quam ab illis dicuntur et uberius explicavit Antonius; — sed
si his contenti estis atque eis etiam, quae dici voluistis a me,
ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum
71 sane gyrum compellitis. Sin veterem illum Periclem aut hunc
etiam, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem
est, Demosthenem sequi vultis et si illam praeclaram et exi-
miam speciem oratoris perfecti et pulchritudinem adamastis, aut
vobis haec Carneadia aut illa Aristotelia vis comprehendenda
72 est. Namque, ut ante dixi, veteres illi usque ad Socratem
omnem omnium rerum, quae ad mores hominum, quae ad
vitam, quae ad virtutem, quae ad rem publicam pertinebant,
cognitionem et scientiam cum dicendi ratione iungebant; postea
dissociati, ut exposui, a Socrate [diserti a doctis] et deinceps
a Socraticis item omnibus, philosophi eloquentiam despexerunt,
oratores sapientiam; neque quidquam ex alterius parte tetige-
runt, nisi quod illi ab his aut ab illis hi mutuarentur; ex quo
promiscue haurirent, si manere in pristina communione volu-

eig. Verfasser eines Handbuches I 91; 113; auch bloß scriptor II 65.

1. *explicavit,* bes. II 113; im Gegensatz zu der unfruchtbaren Theorie giebt er eigene praktische Anweisungen besonders II 162—174.

sed, nach der Digression zum verlassenen Ausgangspunkt zurückkehrend.

3. *immensoque campo,* I 70.

in — gyrum, wie ein Roß, das in der Reitbahn an der Longe gehen muß.

5. *familiarior,* vertrauter.

6. *eximia species,* Ideal in abstraktem Sinne, Idealbild; das konkrete Ideal ist mehr deus in dicendo, s. zu I 106; vgl. a. Or. 9 cogitata species und perfectae eloquentiae species; ebd. ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia.

8. *haec Carneadia* etc., 80. Ohne diese aus der (älteren peripatetischen oder neueren akademischen) Philosophie zu entlehnende Befähigung ist's unmöglich, ein Redner im wahren Sinne des Worts zu werden, wie ja Cic. von sich selbst sagt Or. 12 fateor, me oratorem, si modo sim aut etiam quicumque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis exstitisse.

9. *Namque* — denn, um noch einmal darauf zurückzukommen (59), früher bestand die Scheidung zwischen Philosophie und Beredsamkeit im Leben nicht und muß daher wieder aufgehoben werden, wenigstens beim wahren (vollkommenen) Redner.

12. *cum dicendi ratione,* mit der Beredsamkeit, s. zu I 5.

13. *dissociati,* als zugehöriges Nomen ist ein allgemeiner Begriff zu ergänzen, der die philosophi und oratores umfaßt, etwa Weisheitsbeflissene, Staatsweise, illi sapientes. Die Spaltung seit u. durch Sokrates bewirkt erst die Scheidung der Begriffe philosophi u. oratores. Es ist zu berücksichtigen, daß Cicero für den Redner stets die Bethätigung in der Staatsleitung, den Begriff und die Aufgabe des Staatsmannes ängstlich zu wahren bestrebt ist.

deinceps — in der *διαδοχή* der Häupter der Philosophenschulen.

15. *ex alterius parte,* von der anderen Seite, von der Partei, dem Gebiete des Gegners.

16. *mutuarentur,* I 55.

ex quo haurirent = hauriendum fuit; wir etwa: statt gemeinsam aus einem Quell (ex quo, ganz allgemein angefügt mit Bezug auf das Vorige) zu schöpfen, um nicht aufgeben zu sollen.

issent. Sed ut pontifices veteres propter sacrificiorum multi-
tudinem tres viros epulones esse voluerunt, cum essent ipsi a 73
Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent,
instituti, sic Socratici a se causarum actores et a communi
philosophiae nomine separaverunt, cum veteres dicendi et in-
tellegendi mirificam societatem esse voluissent.

Quae cum ita sint, paullulum equidem de me deprecabor
et petam a vobis, ut ea, quae dicam, non de memet ipso, sed 20 74
de oratore dicere putetis. Ego enim sum is, qui cum summo
studio patris in pueritia doctus essem et in forum ingenii tan-
tum, quantum ipse sentio, non tantum, quantum [ipse] forsitan
vobis videar, detulissem, non possim dicere me haec, quae nunc
complector, perinde ut dicam discenda esse, didicisse; quippe
qui omnium maturrime ad publicas causas accesserim annos-
que natus unum et viginti nobilissimum hominem et eloquen-
tissimum in iudicium vocarim; cui disciplina fuerit forum,
magister usus et leges et instituta populi Romani mosque
maiorum. Paullum sitiens istarum artium, de quibus loquor,
gustavi, quaestor in Asia cum essem, aequalem fere meum ex 75
Academia rhetorem nactus, Metrodorum illum, de cuius memoria
commemoravit Antonius; et inde decedens Athenis, ubi ego
diutius essem moratus, nisi Atheniensibus, quod mysteria non
referrent, ad quae biduo serius veneram, succensuissem. Quare
hoc, quod complector tantam scientiam vimque doctrinae, non
modo non pro me, sed contra me est potius (non enim quid
ego, sed quid orator possit disputo), atque hos omnes, qui

2. *epulones*, s. ind.

7. *Quae cum ita sint* — da meiner Ansicht nach zum wahren Redner wenigstens die Vereinigung von Beredsamkeit und Philosophie gehört (wie eine solche ursprünglich auch vorhanden war).

deprecabor, insofern er die Forderung stellt, ohne sie doch selbst erfüllt zu haben.

8. *dicam*, hinter dicam ist wohl *me* ausgefallen; zur Sache vgl. 90.

9. *Ego enim* etc., I 78 f.

10. *tantum quantum*, wie 77 (andere wollen tantum lieber aus dem Text entfernt haben).

12. *quae nunc complector*, nämlich in meinen Anforderungen, d. h. das umfassende Wissen, das ich fordre, mir so angeeignet zu haben, wie —.

13. *perinde ut*, 213.

14. *annosque natus* etc. Einl. I § 10, 77.

17. *mos maiorum*, I 39; 48.

18. *Paullum* — trotz meines Durstes darnach.

19. *quaestor*, Einl. I § 10, 84.

21. *commemoravit*, II 360.

22. *mysteria*, s. ind.

24. *quod complector* in demselben Sinn, wie vorher.

vim doctrinae, Menge von Theorie, von Kenntnissen.

25. *contra me est* etc. denn man soll nicht von andern fordern, was man selbst nicht leistet, aber ich thue die Forderung dennoch, denn ich rede ja eben nicht von meinen Leistungen, sondern von denen des Redners.

26. *hos omnes*, mit ihrem sehr beschränkten Gesichtskreis und den kleinlichen rhet. Vorschriften, die sich in der Regel nur auf den Unterschied zwischen gen. infinit. und finitum, die Redeeingänge und Ge-

artes rhetoricas exponunt, perridiculos. Scribunt enim de litium
76 genere et de principiis et de narrationibus. Illa vis autem
eloquentiae tanta est, ut omnium rerum, virtutum, officiorum
omnisque naturae, quae mores hominum, quae animos, quae
vitam continet, originem, vim mutationesque teneat, eadem
mores, leges, iura describat, rem publicam regat, omniaque, ad
77 quamcumque rem pertineant, ornate copioseque dicat. In quo
genere nos quidem versamur tantum, quantum possumus, quantum ingenio, quantum mediocri doctrina, quantum usu valemus;
neque tamen istis, qui in una philosophia quasi tabernaculum
vitae suae collocarunt, multum sane in disputatione concedimus.
21 78 Quid enim meus familiaris C. Velleius adferre potest, quamobrem voluptas sit summum bonum, quod ego non copiosius
possim vel tutari, si velim, vel refellere ex illis locis, quos
exposuit Antonius, hac dicendi exercitatione, in qua Velleius
est rudis, unus quisque nostrum versatus? Quid est, quod aut
Sex. Pompeius aut duo Balbi aut meus amicus, qui cum Panaetio vixit, M. Vigellius de virtute, homines Stoici, possint
dicere, qua in disputatione ego his debeam aut vestrum quisquam concedere?
79 Non est enim philosophia similis artium reliquarum. Nam quid faciet in geometria qui non didicerit? quid
in musicis? Aut taceat oportebit aut ne sanus quidem iudicetur.

schichtserzählung erstrecken. I 86; Einl. II § 6, 45 f.'

1. *perridiculos,* II 77.

de litium genere. Gemeint ist wohl vornehmlich die Statuslehre; über principium und narratio vgl. Einl. II § 6.

2. *Illa vis,* das echte Wesen der Beredsamkeit 71 sq.

3. *omnium rerum* etc., damit umfaßt also die Redekunst nach ihrem wahren Begriff alle Stoffe der Philosophie: die der Physik (Metaphysik), Ethik (Psychologie) u. Politik.

4. *mores, leges, iura,* I 39.

6. *describat,* I 83.

7. *In quo* etc. Der praktische Redner kann zwar auf den genannten Gebieten auch ohne eigentliches philosophisches Studium etwas leisten und steht dem Fachphilosophen κατ' ἐξοχήν, dem Epikureer und Stoiker nicht nach, insofern die Philosophie (— darin verschieden von den s. g. exakten Wissenschaften, die ein bestimmtes positives Erlernen der Sachen verlangen —) ein mehr allgemeines Wissen zu ihrem Gegenstande hat, das auch unmittelbar durch das Leben gewonnen werden kann; die wahre Höhe der Vollendung jedoch besteht in der Vereinigung der rechten philos. Befähigung mit der oratorischen Praxis (— c. 22).

9. *ingenio* etc. 16; II 147; 162.

11. *concedimus* u. 20 *concedere,* das Feld räumen, nachstehen.

14. *ex illis locis,* den Fundstätten der Beweise, 104. 119; II 162 ff. Or. part. 5 in quibus latent argumenta.

18. *de virtute:* galt ja doch den Stoikern auch die Beredsamkeit als eine virtus, s. o. 65.

homines Stoici vertritt einen Konzessivsatz: wenn sie auch Stoiker (und als solche höchst geriebene Dialektiker) sind.

22. *ne sanus quidem iudicetur,* wird nicht einmal (kaum noch) seines Verstandes mächtig, im Besitze seiner gesunden Vernunft erachtet werden.

Haec vero, quae sunt in philosophia, ingeniis eruuntur ad id, quod in quoque veri simile est, eliciendum acutis atque acribus eaque exercitata oratione poliuntur. Hic noster vulgaris orator, si minus erit doctus, attamen in dicendo exercitatus, hac ipsa exercitatione communi istos quidem verberabit neque se ab eis contemni ac despici sinet. Sin aliquis exstiterit aliquando, qui 80
Aristotelio more de omnibus rebus in utramque partem possit dicere et in omni causa duas contrarias orationes, praeceptis illius cognitis, explicare aut hoc Arcesilae modo et Carneadi contra omne, quod propositum sit, disserat, quique ad eam rationem adiungat hunc usum exercitationemque dicendi, is sit verus, is perfectus, is solus orator. Nam neque sine forensibus nervis satis vehemens et gravis nec sine varietate doctrinae satis politus et sapiens esse orator potest. Quare Coracem 81
istum veterem patiamur nos quidem pullos suos excludere in

1. *haec quae sunt in philosophia,* der Inhalt, die Aufgabe der Philos. *eruuntur* = läßt sich erfassen, *eaque poliuntur* und zugleich in glatter Darstellung vorführen.

2. *eliciendum,* I 158.

3. *noster vulgaris orator,* schon unser Redner, wie er für gewöhnlich ist.

5. *istos quidem,* d. i. die Philosophen. Das handschriftl. nostros, aus dem Adler magistros, Sorof doctos herstellte, ist aus irgend einem Mißverständnis gesetzt. Vielleicht stand ursprünglich noster, aus dem ersten noster durch Abirren des Auges wiederholt, dann wurde es dem istos angeglichen u. nostros gesetzt. Vielleicht ist es auch ein sehr altes Glossem und aus rhetores oder oratores verlesen, wie in 81 ebenfalls oratorum als Glossem vor istorum eingesetzt wurde.

verberabit, züchtigen (oder zu Paaren treiben), um ihrer Überhebung und ihres Hochmuts willen, in dem sie sich weit über so einen 'nicht philosophisch-gebildeten' forensischen Redner erhaben glaubten. ad Fam. XVI 26 verberavi te cogitationis tacito dumtaxat convicio.

6. *sin aliquis exstiterit aliquando, qui* — denn noch ist dies Ideal unter den Römern nicht verwirklicht, 71, durch *sin* werden die nun folgenden Vertreter der Peripatetiker und der neuen Akademie den vorhergehenden Vertretern der Epikureer und Stoiker gegenübergestellt. Zu Crassus' Urteil über die römische Beredsamkeit vgl. I 79. 95.

10. *ad eam rationem,* zu dieser wissenschaftlichen(philosophischen) Bildung II 147 ratio, quam licet, si volumus, appellemus artem.

11. *hunc usum* etc., s. d. krit. Anh. *is sit* = eum esse putaverim. Conj. potent., viel bezeichnender und schöner als erit, was man erwarten könnte.

12. *Nam* etc. Das ists gerade, was Cic. als das höchste Ziel für die (römische) Beredsamkeit im Auge hat und hier dem Crassus in den Mund legt: die Vereinigung der griechischen, philosophisch-wissenschaftlichen Erkenntnis mit der römischen, lebendigen Praxis auf dem Forum. Einl. I § 8, A. 49.

sine forensibus nervis, ohne die Anspannung der Muskeln in der Öffentlichkeit. II 64; wie Or. 62 horum oratio neque nervos neque aculeos oratorios ac forenses habet.

13. *varietate doctrinae,* ohne den bunten Schmuck allgemeiner Bildung.

15. *istum veterem,* s. d. krit. Anhang.

pullos suos, mit Anspielung auf seinen Namen κόραξ, wie er denn dergleichen öfters erfahren hat: κακοῦ κόρακος κακὰ ᾠά.

nido, qui evolent clamatores odiosi ac molesti, Pamphilumque nescio quem sinamus in infulis tantam rem tamquam pueriles delicias aliquas depingere, nosque ipsi hac tam exigua disputatione hesterni et hodierni diei totum oratoris munus explicemus, dummodo illa res tanta sit, ut omnibus philosophorum libris, quos nemo [oratorum] istorum umquam attigit, comprehensa esse videatur.

22 82 Tum Catulus: Haudquaquam hercle, inquit, Crasse, mirandum est esse in te tantam dicendi vel vim vel suavitatem

1. *evolent,* wenn sie flügge sind. *clamatores,* als junge Raben, wir vielleicht 'als heillose und unleidliche Krächzer, Schreihälse'.

2. *nescio quem,* 93; I 91. 202. Meinetwegen mag so ein obskurer beschränkter Rhetor (und Zeichenmeister) den großen Gegenstand (die Redekunst und was zu ihr gehört) als Bilderchen auf weißen Bandstreifen, ein Spielwerk für Kinder, in skizzenhaften Umrissen abzeichnen.

in infulis — warum hier Crassus gerade dies Wort braucht: die weiße bebänderte Kopfbinde, wie sie der Priester oder die Schutzflehenden als Zeichen der Unverletzlichkeit oder auch das Opfertier zu tragen pflegten, läßt sich schwer bestimmen; es scheint, daß dergleichen Bänder mit allerhand Figuren bemalt wurden. Dann vergleicht Cr. einen so dürftigen rhetorischen Abriß mit den Bilder-Skizzen auf solchen Putzbändern, auf denen sich begreiflicher Weise etwas Ordentliches gar nicht darstellen läßt; Kinder mögen immerhin an dem Spielwerk (denn viel mehr sind eigentlich die elementaren Dinge nicht) ihren Gefallen finden; der Mann, der im öffentlichen Leben als Redner auftreten soll, hat ganz andere, höhere Dinge nötig. — Vielleicht ist bei den 'Kopfbinden' an den alten Aberglauben zu denken, demzufolge Kindern empfohlen wird, wenn sie etwas nicht zu lernen vermögen, das Geschriebene auf den Kopf (unter das Kopfkissen) zu legen; ein Gebrauch, zu dem die Benutzung der Gebetriemen seitens der Juden ein Analogon bietet. 'Es fehlte bloß noch, meint Cicero, daß irgend ein Pamphilus so einen rhetorischen Katechismus auf Bänderchen malt und den Lernenden aufs Haupt stülpt.'

3. *nosque* etc., damit schließt Crassus bescheidentlich auch seine (theoretischen) Erörterungen als unzulänglich mit ein. 121.

5. *dummodo illa res tanta sit,* objektiv, von der Unzulänglichkeit jeder subjektiven Darstellung abgesehen; wir: wenn wir nur von der Bedeutung der Beredsamkeit insofern durchdrungen sind, ihr soviel Bedeutung wahren.

ut omnibus philosophorum libris etc., daß die gesamte philos. Litteratur der Beredsamkeit den Stoff zu liefern scheint, daß kein Gegenstand in der ganzen philos. Litteratur vorkommt, der nicht zugleich in das Gebiet der Beredsamkeit gehöre.

6. [*oratorum*] s. d. krit. Anhang.

8. Daß der einzelne nicht immer imstande ist, jener Forderung eines umfassenden wissenschaftlichen Studiums zu genügen, hebt die Forderung selbst nicht auf; denn es handelt sich hier nicht um ein einzelnes Individuum, sondern um den Redner an sich. Und dann ist auch nicht das der Sinn jener Forderung, daß der Redner jede Wissenschaft so studieren solle, wie derjenige, der sich lediglich und allein damit beschäftigt, sondern vielmehr als Mittel zu seinem Zweck und weit entfernt von dem Anspruche, es in jedem Zweige menschlichen Wissens und Könnens zur Virtuosität bringen zu wollen (— c. 24, 91).

vel copiam; quem quidem antea natura rebar ita dicere, ut
mihi non solum orator summus, sed etiam sapientissimus homo
viderere: nunc intellego illa te semper etiam potiora duxisse,
quae ad sapientiam spectarent, atque ex his hanc dicendi co-
piam fluxisse. Sed tamen cum omnes gradus aetatis recordor
tuae cumque vitam tuam ac studia considero, neque, quo tempore
ista didiceris, video nec magno opere te istis studiis, hominibus,
libris intellego deditum. Neque tamen possum statuere, utrum
magis mirer te illa, quae mihi persuades maxima esse adiumenta,
potuisse in tantis tuis occupationibus perdiscere, an, si non
potueris, posse isto modo dicere.

Hic Crassus: Hoc tibi, inquit, Catule, primum persuadeas 83
velim, me non multo secus facere, cum de oratore disputem,
ac facerem, si esset mihi de histrione dicendum. Negarem
enim posse eum satis facere in gestu, nisi palaestram, nisi
saltare didicisset; neque, ea cum dicerem, me esse histrionem
necesse esset, sed fortasse non stultum alieni artificii existi-
matorem. Similiter nunc de oratore vestro impulsu loquor, 84
summo scilicet; semper enim, quacumque de arte aut facultate
quaeritur, de absoluta et perfecta quaeri solet. Quare si iam
me vultis esse oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique,
non repugnabo. Quid enim nunc sim ineptus? ita me existi-
mari scio. Quod si ita est, summus tamen certe non sum.
Neque enim apud homines res est ulla difficilior neque maior
nec quae plura adiumenta doctrinae desideret. Ac tamen quo- 85

1. *rebar*, 153. Der Gedanke: Vordem stellte ich dich gleich hoch als Redner und als sapiens, hielt aber beides für Frucht natürlicher Begabung, jetzt sehe ich, daß du auf philosophische Bildung (quae ad scientiam spectarent) sogar einen höheren Wert gelegt habest, und daß deine hohe Redefülle nur auf philosophischen Studien beruhe.

15. *satis facere in gestu*, I 170. *palaestram*. Or. 14 positum sit igitur in primis — sine philosophia non posse effici quem quaerimus eloquentem, non ut in ea tamen omnia sint, sed ut sic adiuvet, ut palaestra histrionem (parva enim magnis saepe rectissime conferuntur); vgl. I 73.

17. *alieni artificii existimatorem*, Kritiker über eine Kunstleistung, artif. so auch II 29; sonst Kunstlehre, Theorie, s. z. I 93, auch Kunstgriff I 74. existimator s. z. II 8 existimare: u. ebd. 322 bene existimare, wohlwollend beurteilen; unten 84 ita me existimari scio.

19. *summo sc.*, also abgesehen von den individuellen Unvollkommenheiten.

20. *si iam*, s. I 218.

21. *si etiam sat bonum*, meinetwegen auch ziemlich, bonum denique ja schließlich (o. 8) auch wirklich gut. *si etiam* schränkt einen neuen Begriff, meist Attribut ein, u. steht nie bei demselben Prädikat; etiam si, oft mit dem Konj. z. B. I 73, III 64 führt ein neues Prädikat ein.

22. *ineptus* — was soll ich mich noch lange zieren (II 17), ich weiß doch, daß das nun einmal das allgemeine Urteil über mich ist.

24. *apud homines* = in rebus humanis.

25. *adiumenta doctrinae*, Hilfsmittel seitens der allgemeinen Erkenntnis, Hilfsquellen durch die allgemeine Bildung, wie sie eine allgemeine geistige Durchbildung gewährt.

niam de oratore nobis disputandum est, de summo oratore dicam necesse est. Vis enim et natura rei, nisi perfecta ante oculos ponitur, qualis et quanta sit intellegi non potest. Me autem, Catule, fateor neque hodie in istis libris et cum istis hominibus vivere nec vero, id quod tu recte commeministi, ullum umquam habuisse sepositum tempus ad discendum ac tantum tribuisse doctrinae temporis, quantum mihi puerilis
23 86 aetas, forenses feriae concesserint. Ac, si quaeris, Catule, de doctrina ista quid ego sentiam, non tantum ingenioso homini et ei, qui forum, qui curiam, qui causas, qui rem publicam spectet, opus esse arbitror temporis, quantum sibi ei sumpserunt, quos discentes vita defecit. Omnes enim artes aliter ab eis tractantur, qui eas ad usum transferunt, aliter ab eis, qui ipsarum artium tractatu delectati nihil in vita sunt aliud acturi. Magister hic Samnitium summa iam senectute est et cotidie
87 commentatur. Nihil enim curat aliud. At Q. Velocius puer addidicerat. Sed quod erat aptus ad illud totumque cognorat, fuit, ut est apud Lucilium,

quamvis bonus ipse
Samnis in ludo ac rudibus cuivis satis asper;

sed plus operae foro tribuebat, amicis, rei familiari. Valerius cotidie cantabat; erat enim scenicus: quid faceret aliud? At

6. *sepositum tempus,* Zeit, die allein geweiht ist, wie Or. 143 nullum sibi ad eam rem tempus seponerent, sich dafür 'keine Zeit eigens frei halten.

7. *tantum,* nur soviel, 87; I 233; 252.

9. *tantum* — *temporis,* weit von einander getrennt, 90; I 3 quantum — otii.

10. *forum* u. causas im genus iudiciale, *curiam* und rempublicam im genus deliberativum, I 32.

12. *quos discentes vita defecit,* denen für ihr Lernen das Leben nicht ausreichte, d. h. die ihr Leben lang nicht über das Lernen (wir etwa: über 'das in die Schule gehen') hinausgekommen sind.

aliter, zum Gedanken vgl. I 248.

13. *ad usum transferunt,* auf die Praxis übertragen, aufs praktische Leben beziehen.

15. *Magister,* der Lehrmeister (Fechtmeister) in der Gladiatorenschule, Valer. Max. II 3, 2 armorum tractandorum *meditatio* a. P. Rutilio — militibus est tradita. Is — ex ludo Scauri doctoribus gladiatorum arcessitis (lanistis) vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingeneravit.

16. *commentatur,* übt sich, von geistigen Übungen auf leibliche übertragen, die ja auch schulmäßig, nach theoretischen Vorschriften vorgenommen wurden.

17. *addidicerat,* hatte nebenbei noch, zu seinem Vergnügen hinzu gelernt, nämlich zu fechten.

18. *ut est* etc. als Beleg dafür, daß er ein tüchtiger Schläger war (ohne aus der Fechtkunst Profession zu machen), kann eine Stelle des Lucilius dienen, wo er so charakterisiert wird.

20. *rudibus,* den Übungsrappieren von Holz, de opt. gen. or. 17 non enim in acie versatur et ferro sed quasi rudibus eludit eius oratio: Tac. dial. de or. 34 adversarii — ferro, non rudibus dimicantes.

asper, Horat. C. III 2, 10 asperum tactu leonem.

22. *scenicus,* wir würden sagen, 'ein Opernsänger'.

Numerius Furius, noster familiaris, cum est commodum, cantat. Est enim paterfamilias, est eques Romanus; puer didicit quod discendum fuit. Eadem ratio est harum artium maximarum. Dies et noctes virum summa virtute et prudentia videbamus philosopho cum operam daret, Q. Tuberonem. At eius avunculum vix intellegeres id agere, cum ageret tamen, Africanum. Ista discuntur facile, si et tantum sumas, quantum opus sit, et habeas qui docere fideliter possit et scias etiam ipse discere. Sed si tota vita nihil velis aliud agere, ipsa tractatio et quaestio 88 cotidie ex se gignit aliquid, quod cum desidiosa delectatione vestiges. Ita fit, ut agitatio rerum sit infinita, cognitio facilis, si usus doctrinam confirmet, mediocris opera tribuatur, memoria studiumque permaneat. Libet autem semper discere; ut si velim ego talis optime ludere aut pilae studio tenear, etiam fortasse, si adsequi non possim; at alii, quia praeclare faciunt, vehementius, quam causa postulat, delectantur, ut Titius pila, Brulla talis. Quare nihil est quod quisquam magnitudinem 89

2. *paterfamilias,* Familienvater, d. h. er hat noch mehr zu thun u. für anderes zu sorgen; etwas anders I 132; 159.

3. *artium maximarum,* d. h. der philosoph. Wissenschaften.

4. *videbamus cum operam daret,* Schultz § 387 A. 13.

5. *avunculum,* nicht patruum, denn seine Mutter war Aemilia, die Schwester des jüngeren Scipio, der bekanntlich ein Sohn des Aemilius Paullus war.

6. *vix intellegeres,* Schultz § 342. Meiring § 643. A. 3, man hätte kaum verstehen können, näml. wie er Zeit habe, sich damit abzugeben. *tamen* § 38.

10. *desidiosa delectatione,* mit der Freude, die dem Müßigen zu gebote steht.

11. *vestiges.* Aus dem Begriffe des Nachspürens entnehmen wir eine genauere Präzisierung des allgemeinen quod, also: Probleme, Aufgaben, denen man nachgeht.

Ita fit etc. Die *agitatio* rerum d. h. si tota vita nihil velis aliud agere, das ausschließliche, ununterbrochene, professionsartige Betreiben wird niemals fertig, die *cognitio* rerum aber (der schärfste Gegensatz ohne Partikel), die Gewinnung eines ausreichenden Verständnisses, ist unter den erforderlichen Bedingungen (doctrina, usus s. exercitatio, studium) nicht schwer zu erreichen.

13. *Libet* etc. schließt sich eng an studiumque *permaneat* an: wer einmal Sinn für wissenschaftliche Bildung hat und etwas lernen will, dem macht das Studium auch immer Freude, wie einer, dem ein bestimmtes Spiel Vergnügen macht und der es gern gut spielen lernen möchte, immer wieder gern spielt (etiam fortasse tenear), auch wenn er es nicht zur höchsten Vollkommenheit darin bringen kann; andere freilich sind Virtuosen und treibens daher eifriger, als erforderlich ist, wie leidenschaftliche Spieler.

15. *adsequi non possim,* ut optime ludam. Der Nachsatz zu dem ut am Anfange des Satzes ist als selbstverständlich nicht ausgedrückt = discere semper libet.

17. *Quare,* es braucht sich also Niemand durch die Beobachtung, daß manche bis in ihr hohes Greisenalter (senes noch als Greise) studieren, von dem Studium abschrecken zu lassen, als sei es doch einmal zu umfangreich, um von einem einzelnen innerhalb eines Menschenalters bewältigt zu werden; entweder haben solche Leute überhaupt erst spät (senes erst als Greise) angefangen etc.

artium ex eo, quod senes discunt, pertimescat. Namque aut senes ad eas accesserunt aut usque ad senectutem in studiis detinentur aut sunt tardissimi. Res quidem se mea sententia sic habet, ut, nisi quod quisque cito potuerit, numquam omnino possit perdiscere.

24 90 Iam, iam, inquit CATULUS, intellego, Crasse, quid dicas; et hercule adsentior. Satis video tibi homini ad perdiscendum acerrimo ad ea cognoscenda, quae dicis, fuisse temporis.

Pergisne, inquit CRASSUS, me, quae dicam, de me, non de re putare dicere? Sed iam, si placet, ad instituta redeamus.

Mihi vero, CATULUS inquit, placet.

91 Tum CRASSUS: Quorsum igitur haec spectat, inquit, tam longa et tam alte repetita oratio? Hae duae partes, quae mihi supersunt, illustrandae orationis ac totius eloquentiae cumulandae, quarum altera dici postulat ornate, altera apte, hanc habent, vim, ut sit quam maxime iucunda, quam maxime in sensus eorum, qui audiunt, influat et quam plurimis sit rebus
92 instructa. Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, acre, tractum ex vulgi opinionibus exiguum saneque mendicum est. Illud rursus ipsum, quod tradunt isti, qui profitentur se dicendi magistros, non multum est maius quam illud vulgare ac forense. Apparatu nobis opus est et rebus exquisitis, undique collectis, arcessitis, comportatis, ut tibi, Caesar, faciendum est ad annum;

3. *tardissimi* etc., vgl. u. 145 aut si ego sum tardior (zu schwerfällig); vgl. tarditas zu I 125; II 101, es fehlt ihnen an der unumgänglich nötigen raschen Auffassungsfähigkeit.

9. *de me, non de re* (mit absichtlicher Paronomasie), 74; I 78.

10. *ad instituta,* II 113.

12. *Quorsum* — der Darstellung des ornate und apte dicere nach seiner formellen Seite mußte der eben beendigte Exkurs vorausgeschickt werden, um (im Gegensatz zu den abstrakten Vorschriften der Schulrhetorik) für die Rede das Haupterfordernis eines ordentlichen Inhalts (wie ihn weder die gewöhnliche Routine, noch die Theorie zu geben vermögen), u. für den Redner das einer gründlichen allgemeinen Bildung vor allem voranzustellen.

14. *illustrandae,* namentlich durch die lumina orationis, den eigentlichen ornatus, 144.

cumulandae, insofern die elocutio in dem ornate und apte dicere gipfelt (ihren Höhepunkt erreicht), während das latine und plane dicere das Fundament bilden, 143 cumulum — adferre.

15. *hanc habent vim,* wollen das erzielen, haben das im Auge.

16. *ut sit* sc. oratio.

18. *Instrumentum,* das gewöhnliche Handwerkszeug der forensischen Routine, I 165.

21. *non multum maius,* so bei Cic. nur hier. Liv. 1, 7, 9 aliquantum amplior und öfter. Bei Verbis auch bei Cic. de imp. Cn. Pomp. 39 tantum excellere.

22. *Apparatu,* Pracht und Glanz, wie bei den öffentlichen Spielen, Or. 134; de off. II 56 magnificentia et *apparatio* popularium munerum, p. Sest. 116 ludi *apparatissimi* magnificentissimique, p. dom. 111 (simulacrum —) ad *ornatum* aedilitatis suae deportavit.

23. *ad annum,* übers Jahr, also 90 v. Chr., Einl. I § 16, 187. ad. Att. V 2, 1 Furnium, quem ad annum tribunum plebis videbam fore. ad Att. II 17, 2 ne Sampsicerami merita in patriam ad annos DC maiora viderentur, quam

1 ut eg[illegible]
satis [illegible]
3 elig[illegible]
4 vel [illegible]
5 magis [illegible]
6 inven[illegible]
7 p[illegible]
8 edit[illegible]
acc[illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]

[illegible]
Nag[illegible]
[illegible]
der [illegible]
[illegible]
Sat[illegible]
[illegible]
der [illegible]
Unw[illegible]
abr[illegible]
für [illegible]
wie [illegible]
[illegible]
gegen[illegible]

se ipsum est magno opere fugiendum. Hoc cum unum traderetur et cum impudentiae ludus esset, putavi esse censoris
95 ne longius id serperet providere. Quamquam non haec ita statuo atque decerno, ut desperem Latine ea, de quibus disputavimus, tradi ac perpoliri; patitur enim et lingua nostra et natura rerum veterem illam excellentemque prudentiam Graecorum ad nostrum usum moremque transferri; sed hominibus opus est eruditis, qui adhuc in hoc quidem genere nostri nulli fuerunt; sin quando exstiterint, etiam Graecis erunt anteponendi.

25 96 Ornatur igitur oratio genere primum et quasi colore quodam et suco suo. Nam ut gravis ut suavis, ut erudita sit ut liberalis, ut admirabilis ut polita, ut sensus ut doloris habeat quantum opus sit, non est singulorum articulorum; in toto

1. *Hoc cum unum:* da dies nun aber einzig und allein . . .

4. *ut desperem* ea — *tradi* — gegen den Sprachgebrauch des Cic., der nach sperare den Inf. fut. setzt, außer bei posse und velle. Daher ist entweder posse nach perpoliri ausgefallen, oder wir haben hier einen mehr vulgären Gebrauch, von dem sich bei andern mehr Beispiele finden. Planc. ad Cic. bei Cic. ad Fam. X 24, 3 quod consilium nostrum — vobis probari spero. ad Herenn. II 19, 28 sperabat illius morte se salutem sibi comparare. Liv. XXV, 6, 2 nisi hoc sperassemus, nos adversus Siculos mitti et sanguine nostro senatui satisfacturos esse.

8. *in hoc quidem genere,* sc. philosophiae.

9. *anteponendi,* eine arge Überschätzung der röm. Nationallitteratur, wie wir einer solchen freilich bei Cic. öfters begegnen, de fin. I 10; Einl. 1, § 1, 5.

Theorie des *ornate dicere* c. 25, 96—55, 210; a) im Allgemeinen — 37, 148.

10. *igitur,* 17 z. A. 149. Der Übergang wird mit der Disposition der folgenden Darstellung gemacht (*primum* — *porro*).

genere hinsichtlich ihrer Gattung; soviel wie 'im ganzen, im allgemeinen'.

quasi wegen der Vergleichung der Rede mit einem lebendigen Leib.

colore — die Gesamtschönheit der Rede offenbart sich in einer gewissen ihr eigenen gesunden Farbe und das Ganze gleichmäßig durchströmenden Kraft und Frische, im Gegensatz von den einzelnen hervorragenden Reizen (der besonderen Schönheit der einzelnen Teile des Leibes).

11. *suco,* II 88; 93. ad Att. IV 16, 10 amisimus omnem non modo sucum ac sanguinem, sed etiam colorem ac speciem pristinam civitatis.

erudita, gebildet.

12. *liberalis,* daß sie mit dem edlen Anstand eines Gebildeten auftritt.

admirabilis vgl. 101 illa in dicendo admiratio.

polita, im Gegensatz von rudis, elegant.

ut sensus, ut doloris habeat quantum opus sit, daß sie das nötige Ethos und Pathos habe, II 78; 184 (daß sich in ihr wirkliche wahre Empfindung und Rührung ausspreche), Or. 209 detrahit (sc. die häufige Anwendung des gen. orationis ἐπιδεικτικόν) praeterea actionis *dolorem,* aufert humanum *sensum* actoris, ib. 130 in quo (sc. der Erregung des Affekts) ut viderer excellere, non ingenio sed *dolore* adsequebar. ib. 86 illo (vultu) quo significant ingenue, quo *sensu* quidque pronuntient. Brut. 93; 158 (von Crassus) vehemens et interdum irata et plena iusti doloris oratio. Es ist das, was die griech. Rhetoren ἐνδιάθετος, ἔμψυχος u. ἀληθὴς λόγος nannten.

spectantur haec corpore. Ut porro conspersa sit quasi verborum sententiarumque floribus, id non debet esse fusum aequabiliter per omnem orationem, sed ita distinctum, ut sint quasi in ornatu disposita quaedam insignia et lumina.

Genus igitur dicenti est eligendum, quod maxime teneat 97
eos, qui audiant, et quod non solum delectet, sed etiam sine satietate delectet, — non enim a me iam exspectari puto, ut moneam, ut caveatis, ne exilis, ne inculta sit vestra oratio, ne vulgaris, ne obsoleta, aliud quiddam maius et ingenia me hortantur vestra et aetates —; difficile enim dictu est, quae- 98
nam causa sit, cur ea quae maxime sensus nostros impellunt voluptate et specie prima acerrime commovent, ab eis celerrime fastidio quodam et satietate abalienemur. Quanto colorum pulchritudine et varietate floridiora sunt in picturis novis pleraque quam in veteribus! quae tamen, etiamsi primo aspectu nos

1. *ut conspersa sit — id non debet esse fusum* —. conspergi und fundi per — bilden einen gewissen Gegensatz. Daher kann nicht das conspersam esse floribus als Subj. zu debet esse fusum gedacht werden, sondern id geht dem Sinne nach auf verborum sententiarumque flores, also verborum sententiarumque flores non debent fusi aequabiliter per omnem orationem, sed quasi sparsi esse. Darin liegt der Übergang zu der im Folgenden enthaltenen Warnung vor Überladung.

2. *fusum aequabiliter,* Or. 106; 126 quae (die αὔξησις, § 104) etsi aequabiliter toto corpore orationis fusa esse debet (wie sucus et sanguis), tamen in communibus locis maxime excellet.

3. *ita distinctum,* so an verschiedenen Stellen angebracht, 201.

4. *quasi* etc., Brut. 275 erant autem et verborum et sententiarum lumina, quae vocant Graeci σχήματα, quibus tamquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio.

in ornatu — im gesamten Schmuck und Putz (92).

disposita, hier und da verteilt.

insignia sind die einzelnen besonders hervorragenden Prachtstücke und Schmucksachen, gleichsam die Perlen und Edelsteine, mit denen der ganze Anzug geschmückt ist. Or. 134 lumina sunt enim similia illis, quae in amplo ornatu scenae aut fori appellantur *insignia,* non quod sola ornent, sed quod excellant. S. ind. lumina.

5. *Genus,* also erst handelt es sich um die ästhetische Haltung (die schöne Form) der Rede im Ganzen (— c. 37, 148). Hier wird das Hauptgewicht darauf gelegt, daß das Kolorit der Rede nicht zu grell und überladen, sondern möglichst einfach sei (— c. 26, 103).

7. *non a me exspectari puto, ut moneam, ut caveatis, ne oratio vestra sit* ein Beispiel von ungleich größerer Schwerfälligkeit des Lateinischen. Im Deutschen brauchen wir Substantive: und von mir, meine ich, erwartet ihr keine Warnungen vor einem dürftigen, ungehobelten, gemeinen oder veralteten Vortrage.

10. *difficile,* Begründung der Vorschrift, den allzugrellen Farbenauftrag zu meiden durch Hinweisung auf eine allgemeine Sinneserfahrung.

11. *cur ea quae, — ab eis —,* eine Anakoluthie; Cicero hatte, als er den Satz cur ea anfing, ein anderes Hauptverbum im Sinne.

15. *in veteribus,* mit ihrer Beschränkung auf die wenigen Farben (ὤχρα, σινωπίς, μέλαν, μηλιάς.). Plin. h. n. XXXV 7, 32 quatuor coloribus solis immortalia illa opera fecere, ex albis Melino, ex silaceis Attico, ex rubis Sinopide pontica, ex nigris atramento. Or. 36; 169 quid? si

ceperunt, diutius non delectant; cum eidem nos in antiquis tabulis illo ipso horrido obsoletoque teneamur. Quanto molliores sunt et delicatiores in cantu flexiones et falsae voculae, quam certae et severae! quibus tamen non modo austeri, sed, 99 si saepius fiunt, multitudo ipsa reclamat. Licet hoc videre in reliquis sensibus, unguentis minus diu nos delectari summa et acerrima suavitate conditis, quam his moderatis, et magis laudari, quod ceram quam quod crocum olere videatur; in ipso tactu esse modum et mollitudinis et levitatis. Quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius quique dulcitudine praeter ceteros sensus commovetur, quam cito id, quod valde dulce est, aspernatur ac respuit! Quis potione

antiquissima illa pictura paucorum colorum magis quam haec iam perfecta delectet. Brut. 69 ff.

1. *in antiquis tabulis teneamur,* Or. 36 in picturis alios horrida inculta opaca, contra alios nitida laeta collustrata delectant.

2. *horrido,* 51.

3. *flexiones,* καμπαί (Plutarch. de mus. 30 ἐξαρμονίους καμπὰς ποιεῖν), die überkünstlichen Läufe, die bald bis zur höchsten Höhe steigenden, dann wieder bis zur tiefsten Tiefe zurückbiegenden und sonstigen schwierigen und anstrengenden musikalischen Passagen von mehr weichlich-sentimentalem Charakter (Triller u. Koloraturen des Gesangs) zur Erhöhung des Effekts, im Gegensatz von severae voculae, der ruhig ernsten, strengen Weise, de leg. II 39 illa quidem quae solebant quondam compleri *severitate* iucunda Livianis et Naevianis *modis* nunc ut eadem exsultent! ut cervices oculosque pariter cum *modorum flexionibus* torqueant! Or. 57 vocis flexiones.

falsae voculae, die überhohen künstlichen Fistel- und Halbtöne gleichfalls zur Erhöhung des Effekts, im Gegensatz von certae, den natürlich festen Tönen, wie sie innerhalb der Tonlage der betreffenden Stimme liegen.

4. *austeri* — deren ernstem, gediegen-einfachem und gesundem Geschmack die moderne Manier zuwider ist.

5. *reclamat,* 196.

8. *quod ceram, quam quod crocum olere videatur.* — Nach Plin. hist. nat. XIII 3, 4 in M. Ciceronis monimentis invenitur unguenta gratiora esse, quae *terram,* quam quae crocum *sapiant,* u. XVII 5, 3 Certe Cicero, lux doctrinarum altera, meliora, inquit, unguenta sunt, quae *terram,* quam quae crocum *sapiunt;* hoc enim maluit dixisse quam redolent stellte Pid. her: quod terram quam quod crocum sapere videatur. Aber das Citat des Plin. ist einmal überhaupt sehr ungenau, dann aber redet Cicero gar nicht von Salben (dabei kann von Erdgeruch erst recht keine Rede sein), sondern er spricht im Anschluß an wohlriechende Salben von Gerüchen im allgemeinen (magis laudatur quod olet).

quod crocum etc. entspricht dem acerrima suavitate conditis, der mit Wasser und Wein und andern Ingredienzien versetzte Safran, ein damals häufiges, besonders für den Theater- und Amphitheatergebrauch übliches Parfum (aspersiones), eine künstliche Mixtur, die durch das Penetrante und Pikante ihres Geruchs auf die überreizten Nerven stärker wirkte, als der natürliche Pflanzengeruch, der frisch und gesund von dem mit Blumen u. wohlriechenden Kräutern bedeckten Erdboden aufsteigt, wie eben Plin. h. n. XVII 3, 38 diesen *odor terrae* schildert: cum a siccitate continua immaduit imbre, tunc emittit illum suum halitum divinum ex sole conceptum, cui comparari suavitas nulla possit.

11. *dulcitudine,* 161.

uti aut cibo dulci diutius potest? cum utroque in genere ea,
quae leviter sensum voluptate moveant, facillime fugiant satie-
tatem. Sic omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium 100
finitimum est; quo hoc minus in oratione miremur, in qua
vel ex poëtis vel ex oratoribus possumus iudicare, concinnam,
distinctam, ornatam, festivam sine intermissione, sine reprehen-
sione, sine varietate, quamvis claris sit coloribus picta vel
poësis vel oratio, non posse in delectatione esse diuturna.

Atque eo citius in oratoris aut in poëtae cincinnis ac fuco
offenditur, quod sensus in nimia voluptate natura, non mente
satiantur, in scriptis et in dictis non aurium solum, sed animi
iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur. Quare 'bene 26 10
et praeclare' quamvis nobis saepe dicatur; 'belle et festive'

2. *fugiant* vermeiden. Verr. III 103 fugiendamque vestram satietatem.

4. *in oratione* etc. in sprachlicher Darstellung, nachher Prosa im Gegensatz zur Poesie. Ähnlich wie 26 den mutis artibus die oratio, die Sprache, und zwar sowohl die poetische als die prosaische, gegenübergestellt wird: atque id primum in poetis cerni licet, quibus est proxima cognatio cum oratoribus, dann ebenso 28 in oratoribus (I 70). Wie die Überladung, der Überreiz auf dem physischen Gebiete schadet, so noch viel mehr auf dem geistigen der Sprache, sei es der dichterischen oder der rednerischen, in scriptis et in dictis, wie's mit Beziehung auf ex poetis vel ex orat. am Ende heißt. Als Hauptsatz zu dem finalen *quo hoc minus — miremur* ist zu ergänzen: ich spreche dies aus —. Vgl. zu I 8 ac ne quis —. S. d. krit. Anh.

5. *concinnam,* in gleichmäßiger Gliederung.

6. *distinctam,* mit (lauter) Glanzpunkten.

ornatam, (überall) in den schönsten Phrasen.

festivam, (fortwährend) reizend schön.

sine intermissione etc., die drei Ausdrücke sine intermissione, sine reprehensione, sine varietate sind eng mit den vorausgehenden Attributen der oratio zu verbinden.

sine reprehensione — hier ohne Ausruhen, nach dem griechischen ἀναλαμβάνειν (Lambin: respiratione). Anders 207.

8. *poësis,* nicht poema, weil es sich nicht um das Produkt der Darstellung, sondern um diese selbst handelt. Tusc. IV 71 Anacreontis quidem tota poesis est amatoria.

9. *citius* I 174.

cincinnis, I 234. Ein häufiger Vergleich. Dion. Hal. de comp. verb. c. 25 ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ λόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ διέλιπεν. Tac. dial. de or. 26 malim hercle C. Gracchi impetum aut L. Crassi maturitatem quam *calamistros* Maecenatis.

fuco, 199 venustatis color non fuco illitus, sed sanguine diffusus, vgl. 188.

10. *natura,* also hier wirkt nur der eine Faktor, bei schriftstellerischen und rednerischen Produkten dagegen zwei Factoren, ein physischer und ein geistiger, und der zweite, das geistige Sensorium, ist noch empfindlicher, als der physische.

12. *infucata,* geschminkt, nur mit einem äußern Firnis überzogen.

Erläuterung der Forderung weiser Sparsamkeit im Gebrauch orator. Mittel durch Beispiele (— 103), Or. 80 verecundus erit usus oratoriae quasi supellectilis.

13. *quamvis nobis saepe dicatur* = dicatur nobis quamvis saepe: mag man uns zurufen, wenn auch oft, so oft man will. So z. B. p. Rosc. Am. 47 Quasi vero mihi difficile sit quam-

nimium saepe nolo. Quamquam illa ipsa exclamatio: 'Non potest melius' sit velim crebra; sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus umbram aliquam et recessum, quo magis id, quod erit illuminatum, exstare atque eminere
102 videatur. Numquam agit hunc versum Roscius eo gestu, quo potest:

Nám sapiens virtúti honorem praémium, haud praedám petit;

sed abicit prorsus, ut in proximo:

Sét quid video? férro saeptus póssidet sedés sacras,

incidat, aspiciat, admiretur, stupescat. Quid, ille alter:

Quíd petam praésidi?

quam leniter, quam remisse, quam non actuose! instat enim

O páter, o patria, o Príami domus!

in quo tanta commoveri actio non posset, si esset consumpta superiore motu et exhausta. Neque id actores prius viderunt

vis multos nominatim proferre = beliebig viele; ib. 91 posset ea quamvis diu dicere; s. a. Schultz § 359 A. 1.

3. *umbram et recessum,* — wie bei einem Gemälde, Quint. II 17, 21 et pictor, cum vi artis suae efficit, ut quaedam eminere in opere, quaedam recessisse credamus, ipse ea plana esse non nescit. Schatten und Hintergrund. Ebenso sind die folgenden Ausdrücke illuminatum, exstare, eminere von Gemälden hergenommen. admiratio und laus aber sind nicht an dem bewunderten Objekt wie die lumina, umbra und recessus, sondern in dem bewundernden Subjekt. Es ist also eine Ungenauigkeit des Ausdrucks, wenn von der admiratio und laus, welche durch umbra und recessus eine gewisse Unterbrechung erleidet, gesagt wird, sie haben selbst umbra und recessus.

7. *Nam* etc. Welcher Tragödie dieser tetrameter troch. catal. angehörte, läßt sich nicht bestimmen. Ribbeck trag. lat. rel. p. 203.

8. *abicit* — wirft ihn nur so hin, im gewöhnlichen Redeton ohne alles Pathos, Or. 184 ac comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt *abiecti,* ut nonnumquam vix in eis numerus et versus intellegi possit. Vgl. 104.

9. *ferro saeptus,* mit Bewaffneten, die an die heilige Stätte nicht gehören.

10. *incidat,* mit aller Kraft darauf stürze, d. h. um seine ganze Kraft für die eigentlich pathetische Stelle zu sparen und dann da alles Pathos zu konzentrieren.

aspiciat — unverwandt, so daß sich schon im Blick das Staunen über das Unerhörte, was da vorgeht, ausspricht.

ille alter, nämlich Äsopus.

11. *Quid petam* etc., 183. 217, ein von Cic. mehrfach angeführtes Beispiel (Tusc. III 44) aus der Andromacha Aechmalotis des Ennius, s. ind. Andromacha.

12. *non actuose,* ohne irgend gesteigerte Anwendung der dramatischen Mittel in Vortrag und Gestus. Or. 125.

13. *O pater,* 217 etc. Tusc. III 44, s. ind. Andromacha.

14. *commoveri actio,* eine so bedeutende dramatische Kraft nicht in Bewegung gesetzt werden. Or. 39 primisque ab his (sc. Herodoto et Thucydide) — historia commota est, ut auderet uberius quam superiores et ornatius dicere.

consumpta et exhausta, 'völlig verbraucht', 120.

15. *actores,* Div. in Caecil. 48 ut in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere quam ipse primarum, multum *summittere,* ut ille princeps quam maxime excellat.

quam ipsi poëtae, quam denique illi etiam, qui fecerunt modos, a quibus utrisque summittitur aliquid deinde augetur, extenuatur inflatur, variatur distinguitur. Ita sit nobis igitur ornatus et 103
suavis orator (nec tamen potest aliter esse), ut suavitatem habeat austeram et solidam, non dulcem atque decoctam. Nam ipsa ad ornandum praecepta, quae dantur, eiusmodi sunt, ut ea quivis vel vitiosissimus orator explicare possit. Quare, ut ante dixi, primum silva rerum [ac sententiarum] comparanda est, qua de parte dixit Antonius. Haec formanda filo ipso et genere orationis, illuminanda verbis, varianda sententiis.

Summa autem laus eloquentiae est amplificare rem ornando, 104
quod valet non solum ad augendum aliquid et tollendum altius

1. *qui fecerunt modos* ἐμελοποίησαν, die Komponisten, Donat. de trag. et com. diverbia histriones pronuntiabant, cantica (die unter Flötenbegleitung recitativartig vorgetragenen Monologe, Arien) vero temperabantur *modis*, non a poëta, sed a *perito artis musicae factis*.

2. *summittitur augetur* bezieht sich auf das Ruhige oder Energische der Worte und der Melodie (piano und forte).

extenuatur inflatur geht auf die Tonhebung und Senkung (decrescendo und crescendo) zunächst also auf den Komponisten, kann aber auch von der Thätigkeit des Dichters gesagt werden, wie in gleicher Weise variatur und distinguitur auf beide geht.

3. *Ita sit nobis igitur* — giebt die aus dem Vorhergesagten abstrahierte allgem. Regel an.

5. *austeram,* 98, im Gegensatz von dulcem, einfach und ernst, *solidam,* im Gegensatz von decoctam (fade, ausgelaugt, kraftlos) kräftig, konsistent; also nicht: eine Geziertheit, hinter der nichts ist, sondern eine wirkliche Anmut, die auf innerer Gediegenheit beruht, nichts Gemachtes ohne inneren Gehalt. Damit tritt Crassus auch wieder dem Wahn entgegen, als könne man durch die wenigen gewöhnlichen theoret. Vorschriften für das ornate dicere ein ornatus orator werden; nam etc. 125.

Nam ipsa ad ornandum praecepta — der allgemeinen Regel werden die eigentlichen (ipsa) dicendi praecepta gegenübergestellt, die sich auch der schlechteste Redner entwickeln kann für seine eigene Praxis, nicht um sie andern vorzutragen, (dann müßte es rhetor, nicht orator heißen).

7. *quivis vel vitiosissimus* vgl. I 118 u. s. d. krit. Anhang.

explicare, 'sich' entwickeln.

quare — comparanda est giebt an, was zu jener suavitas austera et solida gehört.

8. *ante,* 93. *[ac sententiarum]* gilt in der Regel und wohl mit Recht wegen des folg. varianda sententiis für ein Glossem; *wenn auch an sich der Gegensatz von sententiae (Gedanken-) Inhalt u. verba Form sehr häufig ist, 24; 201; II 56; 93.

9. *Haec,* die noch formlose, unbearbeitete ὕλη atque materia, das rohe Material.

formanda, 201; II 36.

filo, II 93, durch den ganzen Fadenschlag oder Gang und allgemeinen Charakter, also im Allgemeinen, 96.

10. *illuminanda verbis* etc., durch die lumina (96 flores) verborum et sententiarum im Einzelnen, 201; II 36; Or. 135. S. ind. lumina.

11. Von der höchsten (allgemeinen) Bedeutung für das ornate dicere ist die *amplificatio* (die αὔξησις mit ihrem Gegensatz der μείωσις). Or. part. 53 — 58; Einl. II § 11, 71. Quint. VIII 3, 89 ff. sed vis oratoris omnis in augendo minuendoque consistit. Or. 127.

12. *ad augendum aliquid* vgl. II 209 ad sedandum.

27 dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abiciendum. Id de-
sideratur omnibus eis in locis, quos ad fidem orationis facien-
dam adhiberi dixit Antonius, vel cum explanamus aliquid vel
105 cum conciliamus animos vel cum concitamus. Sed in hoc,
quod postremum dixi, amplificatio potest plurimum, eaque una
laus oratoris est et propria maxime. Etiam maior est illa
exercitatio, quam extremo sermone instruxit Antonius (primo
reiciebat) laudandi et vituperandi. Nihil est enim ad exag-
gerandam et amplificandam orationem accommodatius, quam
106 utrumque horum cumulatissime facere posse. Consequentur
etiam illi loci, qui quamquam proprii causarum et inhaerentes
in earum nervis esse debent, tamen quia de universa re trac-
tari solent, communes a veteribus nominati sunt; quorum

1. *ad abiciendum* abzuweisen.

2. *eis in locis,* 78; 119; II 128; 146, 163—173.

ad fidem orationis, zur Bewirkung der Glaubwürdigkeit der Rede. Or. part. 33 nempe ea sequuntur, quae ad faciendam fidem pertinent. Der Genet. wie Acad. II 19 multa facimus usque eo, dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicii. (Andere: orationi, II 121.)

5. *eaque una laus* (concitandi amplificando laus) *oratoris est* (maxime) *et propria maxime* = idque unum in oratore laudandum maxime et proprium maxime. Deshalb verweilt auch Anton. hierbei am längsten und kommt wiederholt darauf zurück. II 185 ff; 310 ff.

6. *Etiam maior.* Es ist scheinbar vorher von keiner exercitatio, einem Geübtsein die Rede, mit welcher die exercitatio laudandi et vituperandi in Vergleich gestellt werden könnte, sachlich aber liegt der Begriff einer solchen in den Worten eaque una laus (nämlich concitare amplificando) oratoris est propria maxime. Die exercitatio laudandi et vituperandi (utrumque horum cumulatissime facere posse) bietet aber zur amplificatio orationis den weitesten Spielraum. Über die laudatio vgl. Quint. II 4, 20 Inde paulatim ad maiora intendere incipiet, (wer sich zum Redner bilden will) laudare claros viros et vituperare improbos, quod non simplicis utilitatis opus est. Namque et ingenium *exercetur multiplici* variaque materia et animus contemplatione recti pravique formatur et multa inde cognitio rerum venit exemplisque, quae sunt in omni genere causarum potentissima, iam tum instruit, cum res poscet, usurum. So schon Gorgias, quem (dicunt) singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisse, quod iudicaret, hoc oratoris esse maxime proprium, rem augere posse laudando vituperandoque rursus affligere, Brut. 47.

7. *extremo sermone,* II 341.

primo reiciebat, II 43; 47.

10. *Consequentur,* es werden sich anschließen, ergeben, nämlich im Zusammenhange mit dem laudare und vitupurare, die *loci communes,* die ebenfalls Gelegenheit zur amplificatio bieten (habent acrem quandam *cum amplificatione* incusationem). Sie dienen aber entweder der incusatio, beim Ankläger, oder der deprecatio aut miseratio (alii autem), beim Verteidiger, oder geben Anlaß zu allgemeinern Reflexionen in utramque partem (alii vero —)

11. *proprii causarum,* II 315.

inhaerentes in earum nervis, in ihrem eigensten, innersten Leben, wie II 318 ex ipsis visceribus causae.

13. *communes,* Einl. II § 11 72 und ind. loci communes.

quorum partim, II 94; ihm entspricht hernach *alii autem, alii vero.* Der locus communis ist entweder *certae* rei amplificatio, die lebhafte oratorische Expektoration gegen ein

partim habent vitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem aut querelam, contra quam dici nihil solet nec potest, ut in depeculatorem, in proditorem, in parricidam, quibus uti confirmatis criminibus oportet, aliter enim ieiuni sunt atque inanes; alii autem habent deprecationem aut miserationem; alii vero ancipites disputationes, in quibus 107
de universo genere, in utramque partem disseri copiose licet. Quae exercitatio nunc propria duarum philosophiarum, de quibus ante dixi, putatur; apud antiquos erat eorum, a quibus omnis de rebus forensibus dicendi ratio et copia petebatur. De virtute enim de officio, de aequo et bono, de dignitate utilitate, honore ignominia, praemio poena similibusque de rebus in utramque partem dicendi e t i a m n o s et vim et artem habere debemus. Sed quoniam de nostra possessione depulsi 108
in parvo et eo litigioso praediolo relicti sumus et aliorum

zweifellos verabscheuungswürdiges Verbrechen, quo loco nisi probata re non est utendum (vgl. II 105) o d e r *dubiae* rei amplificatio, wie über die Glaubwürdigkeit od. Nichtglaubwürdigkeit von Verdachtsgründen, quae inducitur per aliquam probabilem utraque ex parte rationem. Hierher gehören auch die allgemeinen ethischen Gegensätze (ancipites disputationes). Der Inhalt der amplificatio certae rei ist in der Regel incusatio (indignatio) oder querela (conquestio), bisweilen jedoch unter Umständen auch deprecatio (statt der incusatio) oder miseratio (statt der querela).

6. *ancipites disputationes*, 145.

7. *de universo genere* — ohne persönliche (konkrete) Beziehung (wie oben in proditorem etc.), also im allgemeinen, über eine allgemeine (abstrakte) Frage, einen Allgemeinbegriff, 109.

in utramque partem — insofern jeder ethischen Lichtseite eine entsprechende Schattenseite gegenübersteht.

copiose entspricht dem obigen cum amplificatione: denn das gehört zum locus communis, daß länger bei ihm verweilt und sein Inhalt mit einer gewissen o r a t o r i s c h e n F ü l l e entfaltet wird, II 153.

8. *Quae exercitatio*, diese letztere Fertigkeit in utramque partem copiose dicendi. Or. 46. S. ind. Aristoteles.

duarum philosophiarum — der akademischen und peripatetischen, s. ind. acad.

9. *ante*, 67.

eorum, der sapientes und oratores im ältern Sinne des Worts, 56.

10. *omnis*, also auch de universo genere.

de rebus forensibus, die dem Leben angehören; dazu sind aber doch virtus, officium, dignitas, utilitas etc. ohne Zweifel zu rechnen.

ratio et copia, theoretische Befähigung und Fülle.

13. *etiam nos*, s. d. krit. Anhang.

et vim et artem habere debemus. Über diese s. g. philosophischen Themata, die in das Gebiet der Ethik gehören, nach der Licht- u. Schattenseite copiose zu reden, dazu m ü s s e n auch wir die nötige geistige Befähigung (vim) und Kenntnis (artem) besitzen. Der ganze Satz, de virtute enim — debemus begründet die Berechtigung der Forderung, welche vor Alters an den Redner in öffentlichen Angelegenheiten gestellt wurde (apud antiquos — petebatur). Vgl. I 68 f. hic locus de vita et moribus totus est oratori perdiscendus. Or. 118; Or. part. 140.

15. *litigioso* — mit dem Doppelsinn: sie haben uns nur das beschränkte Gebiet des Privatprozesses gelassen, daß wir als Anwälte in einer bestimmten Rechtssache (causa) auftreten, und auch diesen klei-

patroni nostra tenere tuerique non potuimus, ab eis, quod indignissimum est, qui in nostrum patrimonium irruperunt, quod opus est nobis mutuemur.

28 109 Dicunt igitur nunc quidem illi, qui ex particula parva urbis ac loci nomen habent et Peripatetici philosophi aut Academici nominantur — olim autem propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis politici philosophi appellati universarum rerum publicarum nomine vocabantur —, omnem civilem orationem in horum alterutro genere versari, aut de

nen Anteil machen sie uns noch streitig.

4 ff. Auseinandersetzungen über das Grenzgebiet zwischen Philosoph und Redner. Ein interessantes, wenn auch für uns nicht ganz durchsichtiges Bruchstück über die Streitereien zwischen den Philosophen und Rednern. Aus dem hier Gegebenen geht hervor: gerade das, was man den Philosophen naturgemäß am ersten vindicieren sollte, die infinitia quaestio wollen sie nicht, und in der finita quaestio halten sie Übungen! Man möchte aus den Worten des Sprechers noch den Triumph über die taktische Verkehrtheit heraushören, mit der der Philosoph gerade den verlorenen Posten zähe verteidigt, ohne zu sehen, wie er auf der ganzen Linie bereits das Terrain aufgeben muß!

4. *Dicunt igitur,* nähere Angabe, worin die Beeinträchtigung der Redekunst seitens der Philosophie bestehe: es ist die unberechtigte (111 ff.) absolute Scheidung von allgemeinen, abstrakten Thematen, die lediglich der Philosophie, und von besonderen, konkreten, die allenfalls der Redekunst zukämen. Einl. II § 2.

nunc quidem — im Gegensatz zu der guten alten Zeit, wo Leben u. Schule noch nicht auseinanderfiel, so daß *nunc* quidem dem Sinne nach sich auch auf den Relativsatz qui — nominantur mitbezieht.

illi d. h. die griechischen Philosophen (im Gegensatz zu den Rhetoren, 110) u. zwar die, welche von ihren Schulräumen Peripatetiker oder Akademiker genannt werden; *ehedem hießen* sie *πολιτικοί*, weil *sie eben nicht* auf die Schule beschränkt waren, sondern das ganze öffentliche Leben, das gesamte staatsmännische Gebiet mit umfaßten. (Der Satz von olim — vocabantur ist dem Gedanken nach parenthetisch zu fassen.) de leg. I 36 verum philosophorum more, non veterum quidem illorum, sed eorum qui quasi officinas instruxerunt sapientiae, quae fuse *olim* disputabantur ac libere, ea *nunc* articulatim distincteque dicuntur.

ex particula, im Gegensatz zu der ganzen *πόλις* (*πολιτικοί*) d. h. zu der früheren Universalität, s. ind. acad.

6. *rerum maximarum scientia; res maximae* hier so recht, was wir Politik nennen, Staatswesen und -leben; etwas anders 121.

7. *politici,* Quint. XI 1, 35 at vir *civilis vereque sapiens,* qui se non otiosis disputationibus sed *administrationibus reipublicae* dederit, a qua longissime isti, qui philosophi vocantur, recesserunt etc. Vgl. Arist. poet. 6, 16 *οἱ μὲν ἀρχαῖοι πολιτικῶς ἐποίουν λέγοντας, οἱ δὲ νῦν ῥητορικῶς* und Cic. ad. Att. II 1, 3 quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat civis ille tuus Demosthenes et quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat ut *σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος* videretur.

8. *universarum rerum publicarum nomine,* einem Namen, der von ganzen Staaten = von Staaten im ganzen, von dem umfassenden Begriffe 'Staat' herkommt.

9. *civilem orationem,* Einl. II § 1, 3, die (öffentliche) politische Rede im weitesten Sinn, im Gegensatz zu dem gelehrten technischen oder philosophischen wissenschaftl. Vor-

finita controversia certis temporibus ac reis, hoc modo: 'Placeatne a Karthaginiensibus captivos nostros redditis suis recuperari?' aut infinite de universo genere quaerentis; 'Quid omnino de captivo statuendum ac sentiendum sit?' Atque horum superius illud genus causam aut controversiam appellant eamque tribus, lite aut deliberatione aut laudatione, definiunt; haec autem altera quaestio infinita et quasi proposita consultatio nominatur. Atque [hactenus] hac etiam in insti- 110
tuendo divisione utuntur, sed ita, non ut iure aut iudicio recuperare amissam possessionem, sed ut [ex iure civili] surculo

trag. Also auch die politische Rede lassen die gegenwärtigen Philosophen dem Redner nicht ungeschmälert, sondern nehmen selbst hier 'das Allgemeine' als 'philosophisch' für sich in Anspruch, wie Charmadas I 85 ff.

aut etc., d. i. in genere orationis de finita controversia aut infinite quaerentis; dem de finita controversia steht hier de universo genere, dem certis temporibus ac reis steht infinite entgegen, I 138: II 41; 118 vel — dicere solemus de genere universo, vel definite de singulis temporibus, hominibus, causis; 78; 133; Einl. II § 2, 5.

1. *reis* s. z. II 78, die Beteiligten.

6. *tribus,* nach den drei Seiten (II 103 quae duo. 36, cuius est vel maxime insigne illud exemplum), vgl. Einl. II § 4 A. 26.

8. *atque [hactenus] utuntur.* Die Eindringlinge, Peripatetiker u. Akademiker, unterscheiden konkrete Streitfälle und allgemeine Fragen. Diese Einteilung hält man beim Unterricht fest (utuntur nämlich qui instituunt) d. h. auch da werden Reden über beide Arten als Aufgabe des Redners, und die Unterweisung darin als Aufgabe des Rhetors angesehen, aber es geschieht dies mit einer Zaghaftigkeit, die selbst ihrem Rechte nicht mehr voll traut, u. in der Unterweisung selbst läßt man den 2ten Teil über die quaestiones infinitae gänzlich fallen. S. d. krit. Anhang.

9. *iure aut iudicio.* Die natürlichste Entwickelung der Begriffe ist wohl die, daß ius das geheischte, iudicium das erteilte oder zu erteilende Recht bedeutet, demnach ius auch die Stätte, wo man Recht heischt (bei der Instruktion des Prozesses, vor dem Magistrat); iudicium die Stätte, wo man Recht erteilt und erhält (bei der Entscheidung des Prozesses, vor Gericht); vgl. I 48.

recuperare etc. Crassus| braucht hier, ganz ähnlich wie sein Schwiegervater I 41, streng juristische termini. So stehen sich iure ac iudicio, recuperare und usurpare entgegen: *recuperare,* das durch fremde unrechtmäßige Besitzergreifung (122) zeitweise verlorene Gut, auf das man aber fortwährend das vollste Eigentumsrecht hat, kraft richterlicher Entscheidung oder auch kraft thatsächlicher Wiederbesetzung wirklich wiedergewinnen, so daß man nun wieder nicht bloß das Eigentumsrecht, sondern auch den Genuß seines Eigentums hat; *usurpare* dagegen: nur formell sein Recht auf die *amissa possessio* geltend machen, wodurch faktisch noch nichts geändert zu werden braucht, ja selbst die vis, die gewaltsame Besitzergreifung, bringt dem augenblicklichen Besitzer noch nicht den Rechtstitel auf den Besitz, wenn er auch widerrechtlich seinerzeit aus seinem Besitze verdrängt ist (108).

10. *amissam possessionem:* die amissa possessio ist eben die civilis oratio, und sie hält man eben nur noch dadurch fest, daß man die Einteilung der theoretischen Beredsamkeit darauf gründet. Eigentlich in Anspruch genommen wird die finita controversia; die infinita causa nennt man nur und überläßt sie den Rednern.

[ex iure civili] — nach den priva-

defringendo aut denique vi usurpare videantur. Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, obtinent, atque id ipsum lacinia. Nunc enim apud Philonem, quem in Academia [maxime] vigere audio, etiam harum iam causarum cognitio exercitatioque celebratur. Alterum vero tantummodo in prima arte tradenda nominant et oratoris esse dicunt; sed neque vim neque naturam eius nec partes nec genera proponunt, ut praeteriri omnino fuerit satius quam attactum deseri. Nunc enim inopia reticere intellegentur, tum iudicio viderentur.

29 111 Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quaeri et disceptari potest, sive in infinitis consultationibus disceptatur sive in eis causis, quae in civitate et in forensi disceptatione versantur; neque est ulla, quae non aut ad cogno-
112 scendi aut ad agendi vim rationemque referatur. Nam aut ipsa cognitio rei scientiaque perquiritur, ut: 'Virtus suamne propter dignitatem an propter fructum aliquem expetatur?' aut agendi

rechtlich für die Vindikation vorgeschriebenen Formen (s. ind. lege agere).

surculo defringendo, mittels der symbolischen Handlung, nach der irgend ein Teil des streitigen Guts für dieses selbst genommen ward. Gai. Inst. IV 17 Itaque ex grege vel una ovis aut capra in ius adducebatur, vel etiam pilus inde sumebatur et in ius adferebatur; ex nave vero et columna aliqua pars *defringebatur;* similiter ex fundo gleba sumebatur et ex aedibus tegula. Die Schulrhetoriker sind also mit dem bloßen Abzeichen ihres Besitzes, d. h. hier mit der bloßen Erwähnung des genus infinitum im theoretischen Unterricht zufrieden, seine wirkliche Bedeutung und Anwendung kennen sie nicht.

1. *aut denique vi* ist entgegen der bisherigen Überlieferung vor das so erst recht klar verständliche usurpare gestellt.

5. *celebratur,* 155 celebravit.

6. *in prima arte tradenda* d. h. in principio artis rhetoricae, Einl. II § 2.

9. *inopia,* wir: Mangel an Kenntnissen, Stoff; ohne Einsicht.

10. *iudicio,* mit Absicht, Überlegung, aus Grundsatz; s. II 10.

11. *igitur,* 'nun in Wirklichkeit'; hier wird gleichsam zur Ergänzung der gewöhnlichen mangelhaften Schultheorie eine Übersicht über das s. g. genus infinitum in seiner Einheit gegeben. Einl. II § 2, 8.

eandem etc. i. e. de nulla re sive in infinitis consultationibus sive in causis finitis disceptatur, nisi ea habet ambiguitatem quandam. Vgl. I 241 sq.

naturam ambigendi ist Entstehungs- und Entwicklungsgesetz des Streitens; der Satz mit de qua gehört zu natura und soll den etwas ungelenken Ausdruck natura ambigendi näher präzisieren, sagt infolge dessen ziemlich dasselbe. Also: ein jeglicher Redestoff (res = materies) hat denselben Charakter des Streitens, über den man Untersuchungen anstellen u. Entscheidung treffen kann, mag man einen Streitfall im genus infinitum haben oder u. s. w. S. a. den krit. Anhang.

14. *neque est ulla, quae non referatur ad agendi vim rationemque* = jedes Objekt ist zurückzuführen auf die innere Aufgabe des theoretischen Erkennens oder praktischen Handelns.

16. *suamne propter dignitatem,* wie die älteren Akademiker und Peripatetiker und die Stoiker annahmen.

consilium exquiritur, ut: 'Sitne sapienti capessenda res publica?' 113
Cognitionis autem tres modi, coniectura, definitio et ut ita
dicam consecutio. Nam quid in re sit coniectura quaeritur,
ut illud: 'Sitne in humano genere sapientia?' Quam autem
vim quaeque res habeat definitio explicat, ut, si quaeratur:
'Quid sit sapientia?' Consecutio autem tractatur, cum quid
quamque rem sequatur anquiritur, ut illud: 'Sitne aliquando
mentiri boni viri?' Redeunt rursus ad coniecturam eamque 114
in quattuor genera dispertiunt. Nam aut quid sit quaeritur,
hoc modo: 'Naturane sit ius inter homines an in opinionibus?'
aut quae sit origo cuiusque rei, ut: 'Quod sit initium legum
aut rerum publicarum?' aut causa et ratio, ut, si quaeratur:
'Cur doctissimi homines de maximis rebus dissentiant?' aut de
immutatione, ut, si disputetur: 'Num interire virtus in homine
aut num in vitium possit convertere?' Definitionis autem sunt 115
disceptationes aut cum quaeritur, quid in communi mente quasi
impressum sit, ut, si disseratur: 'Idne sit ius, quod maximae
parti sit utile;' aut cum quid cuiusque sit proprium exquiritur,
ut: 'Ornate dicere propriumne sit oratoris an id etiam aliquis
praeterea facere possit?'; aut cum res distribuitur in partes,
ut, si quaeratur: 'Quot sint genera rerum expetendarum,' aut,
'Sintne tria, corporis, animi externarumque rerum;' aut cum,
quae forma et quasi naturalis nota cuiusque sit, describitur,
ut, si quaeratur avari species, seditiosi, gloriosi. Consecutionis 116
autem duo prima quaestionum genera ponuntur. Nam aut
simplex est disceptatio, ut, si disseratur: 'Expetendane sit
gloria?' aut ex comparatione: 'Laus an divitiae magis expe-

1. *Sitne* etc., eine Frage, die die Epikureer verneinten (64), die Stoiker bejahten.

2. *ut ita dicam consecutio,* weil consecutio, Folgerung, noch nicht als terminus recipiert war.

10. *Naturane* — wie die Stoiker und nach ihnen Cic. selbst im 1. B. de legibus behauptete: *τὸ δίκαιον φύσει εἶναι καὶ μὴ θέσει.*

in opinionibus, nämlich situm.

15. *convertere,* umschlagen in medialer Bedeutung wie Brut. 141. Sed hoc vitium huic uni in bonum convertebat; de fato 14 quia sunt immutabilia, nec in falsum e vero praeterita possunt convertere, ibid. 17 u. 20.

16. *aut* sc. si quaeratur, also so, daß statt des allgemeinen quot gleich die bestimmte Zahl gesetzt wird. Top. 83 divisio et eodem pacto partitio sic: triane genera bonorum sint. S. d. krit. Anhang.

22. *sintne tria,* eine sehr übliche Klassificierung. Or. part. 38 rerum autem bonarum et malarum tria sunt genera; nam aut in animis aut in corporibus aut extra esse possunt; 74; ad. Her. III 10. Top. 89 in illud autem genus, in quo de expetendo fugiendoque quaeritur, adhibentur ea, quae sunt aut animi aut corporis aut externa vel commoda vel incommoda.

23. *nota,* Gepräge, die Übersetzung von *χαρακτήρ*, Or. 134; 75; Top. 83.

24. *gloriosi,* des Renommisten (miles gloriosus).

25. *duo prima quaestionum genera,* zwei Hauptarten oder Oberabteilungen, wie II 41. Top. 26 definitionum autem duo sunt genera prima.

tendae sint?' Simplicium autem sunt tres modi: De expetendis fugiendisve rebus ut: 'Expetendine honores sint?' 'Num fugienda paupertas?' de aequo aut iniquo, ut: 'Aequumne sit ulcisci iniurias etiam propinquorum?' de honesto aut turpi,
117 ut hoc: 'Sitne honestum gloriae causa mortem obire?' Comparationis autem duo sunt modi: unus, cum idemne sit an aliquid intersit quaeritur, ut 'Metuere et vereri', ut 'Rex et tyrannus', ut 'Adsentator et amicus', alter, cum quid praestet aliud alii quaeritur, ut illud: 'Optimine cuiusque sapientes an populari laude ducantur?' Atque eae quidem disceptationes, quae ad cognitionem referuntur, sic fere a doctissimis homini-
30 118 bus discribuntur. Quae vero referuntur ad agendum aut in officii disceptatione versantur, quo in genere, quid rectum faciendumque sit quaeritur, cui loco omnis virtutum et vitiorum est silva subiecta, aut in animorum aliqua permotione aut gignenda aut sedanda tollendave tractantur. Huic generi subiecta sunt cohortationes, obiurgationes, consolationes, miserationes omnisque ad omnem animi motum et impulsio et, si ita res feret, mitigatio.

119 Explicatis igitur his generibus ac modis disceptationum omnium nihil sane ad rem pertinet, si qua in re discrepavit ab Antonii divisione nostra partitio. Eadem sunt membra in utriusque disputatione, sed paullo secus a me atque ab illo partita ac tributa. Nunc ad reliqua progrediar meque ad meum munus pensumque revocabo. Nam ex illis locis, quos exposuit Antonius, omnia sunt ad quaeque genera quaestionum argumenta sumenda; sed aliis generibus alii loci magis erunt apti; de quo non tam quia longum est, quam quia perspicuum est, dici nihil est necesse.

120 Ornatissimae sunt igitur orationes eae, quae latissime vagantur et a privata ac singulari controversia se ad universi generis vim explicandam conferunt et convertunt, ut ei, qui

22. *ab Antonii divisione,* II 104 ff., bes. 164.

25. *Nam — sumenda,* so daß es also einer etwaigen Ergänzung oder weiteren Erörterung in dieser Hinsicht nicht bedarf.

ex illis locis, 78; II 146 a. E.; 163 ff.

27. *magis apti,* II 175.

30. *Ornatissimae igitur,* Wiederanknüpfung an das Thema, das ornate dicere, das als solches gerade die Erhebung von dem besondern beschränkten Einzelfall zu höheren allgemeinen Gesichtspunkten erfordert. Ähnlich ist der Übergang: Or. 44 f. Noverit igitur hic quidem orator, quem summum esse volumus, argumentorum et rationum locos — quibus ut uti possit orator, non ille vulgaris, sed hic excellens, a propriis personis et temporibus semper, si potest, avocat controversiam. Latius enim de genere quam de parte disceptare licet, ut quod in universo sit probatum id in parte sit probari necesse.

32. *conferunt et convertunt,* wenden sich vorzugsweise, wesentlich, 101 exstare atque eminere, besonders klar hervortreten; 102 consumpta — et exhausta; 161 cernere et

audiant, natura et genere et universa re cognita, de singulis
reis et criminibus et litibus statuere possint. Hanc ad con- 121
suetudinem exercitationis vos, adulescentes, est cohortatus An-
tonius atque a minutis angustisque concertationibus ad omnem
vim varietatemque vos disserendi traducendos putavit. Quare
non est paucorum libellorum hoc munus, ut ei, qui scripserunt
de dicendi ratione, arbitrantur, neque Tusculani atque huius
ambulationis antemeridianae aut nostrae pomeridianae sessionis.
Non enim solum acuenda nobis neque procudenda lingua est,
sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum et
plurimarum suavitate, copia, varietate. Nostra est enim (si 31 122
modo nos oratores, si in civium disceptationibus, si in peri-
culis, si in deliberationibus publicis adhibendi auctores et prin-
cipes sumus), nostra est, inquam, omnis ista prudentiae doctri-
naeque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam
abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt atque etiam aut
irridentes oratorem, ut ille in Gorgia Socrates, cavillantur aut
aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt libellis eosque rheto-
ricos inscribunt, quasi non illa sint propria rhetorum, quae

videre; 177 formamus et fingimus u. mutatur et vertitur; I 55 et inscribunt et appellant, ausschließlich betiteln; II 199 a. E.; 234 extrudam et eiciam.

2. *Hanc* etc., nach dem Vorbild des Aristoteles (II 152), Or. 46 *in hac* (sc. universi generis oratione, der *θέσις*) Aristoteles non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in utramque partem ut ornatius et uberius dici possit exercuit.

3. *est cohortatus Antonius,* II 118; 134 ff.; 140.

8. *ambulationis,* II 12 u. 20. *antemeridianae,* 81; Einl. I § 19. *sessionis,* 18.

9. *acuenda* etc., auf mechanische Weise, Brut. 331 tu illuc veneras unus, qui non linguam modo acuisses exercitatione dicendi, sed et ipsam eloquentiam locupletavisses graviorum artium instrumento et eisdem artibus decus omne virtutis cum summa eloquentiae laude iunxisses.

procudenda, wie *χαλκεύειν,* Pind. Pyth. I 166 *ἀψευδεῖ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν.*

10. *maximarum rerum et plurimarum,* I 17; 20; wir etwa 'Gebiete'; res maximae anders oben 109.

12. *oratores,* wahre Redner im eigentlichen Sinne des Worts, I 202. *in civium disceptationibus,* in privatrechtlichen Streitigkeiten.

in periculis, in causis publicis et capitis, also zusammen im genus iudiciale.

13. *auctores et principes,* die durch ihr Urteil und ihr Vorangehen andere bestimmen.

15. *quasi caducam* — abfällig, wie eine Hinterlassenschaft, die aus irgend einem Grund nicht angetreten ist. Ulpian. XVII 1 quod quis sibi testamento relictum, ita ut iure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, *caducum* appellatur, veluti cecidit ab eo. Cic. Phil. X 5, 11 caducae hereditates.

vacuam, herrenlos, ohne Besitzer; p. Rosc. Am. 26; Cornif. IV 40 fundum ostendas te aut vacuum possedisse; ebd. vacuum possidere non potuisti.

17. *ille in Gorgia Socrates,* wie er in Platons Gorgias auftritt, I 47.

18. *rhetoricos inscribunt,* I 55.

19. *rhetorum* (nicht etwa oratorum), dadurch daß die Philosophen diejenigen ihrer Schriften, in denen sie einige Regeln über die Redekunst aufstellen, *κατ' ἐξοχὴν ῥητορικοί* betiteln (im Gegensatz zu φιλοσοφικοί), geben sie zu erkennen,

ab eisdem de iustitia, de officio, de civitatibus instituendis et
regendis, de omni vivendi, denique etiam de naturae ratione
123 dicuntur. Quae quoniam iam aliunde non possumus, sumenda
sunt nobis ab eis ipsis, a quibus expilati sumus; dummodo
illa ad hanc civilem scientiam, quo pertinent et quam intuen-
tur, transferamus; neque, ut ante dixi, omnem teramus in his
discendis rebus aetatem; sed cum fontes viderimus, quos nisi
qui celeriter cognorit, numquam cognoscet omnino, tum, quo-
tiescumque opus erit, ex eis tantum, quantum res petet, hau-
124 riemus. Nam neque tam est acris acies in naturis hominum
et ingeniis, ut res tantas quisquam nisi monstratas possit videre,
neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus
acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit. In hoc igitur tanto
tam immensoque campo cum liceat oratori vagari libere atque
ubicumque constiterit, consistere in suo, facile suppeditat omnis
125 apparatus ornatusque dicendi. Rerum enim copia verborum
copiam gignit; et, si est honestas in rebus ipsis, de quibus
dicitur, exsistit ex re naturalis quidam splendor in verbis. Sit
modo is, qui dicet aut scribet, et institutus liberaliter educatione
doctrinaque puerili et flagret studio et a natura adiuvetur et in
universorum generum infinitis disceptationibus exercitatus orna-
tissimos scriptores oratoresque ad cognoscendum imitandumque
delegerit, ne ille haud sane, quemadmodum verba struat et

daß die allgemeinen philosophischen Fragen den ῥήτωρ als solchen nichts angingen, was aber unrichtig ist. Cic. will sagen, daß die genannten Stoffe eigentlich auch rhetorica zu nennen wären.

1. *de iustitia* etc., in der Ethik, Politik und Physik, 127.

2. *denique etiam*, steigernd (wie Or. 227); denn die metaphysischen Fragen liegen dem Redner so nahe wie die ethischen allerdings nicht (I 68); aber doch: quid dicam de natura rerum, cuius cognitio magnam orationis suppeditat copiam Or. 16.

5. *ad hanc civilem scientiam*, Einl. II § 1, 3; der Redner hat nicht Philosophen oder Gelehrte zu seinem Publikum und muß daher die der Philosophie entnommenen Stoffe der abstrakten, gelehrten Form entkleiden und mit seinem konkreten populären Wissen vermitteln.

quo pertinent et quam intuentur, worauf eigentlich ihr Ziel und *Augenmerk gerichtet ist*, insofern die phil. Erörterungen doch auf das Leben einwirken wollen.

6. *ante*, 86 ff.

7. *fontes*, I 203; II 117; 174.

quos nisi etc., 89.

15. *suppeditat*, medial im Sinn von suppetit (142), wie de off. I 12 studeat parare ea, quae suppeditent et ad cultum et ad victum.

16. *apparatus*, 92.

rerum copia etc. Vgl. I 20; II 146.

17. *honestas*, innerliche Vortrefflichkeit, ein edler Inhalt. Vgl. Hor. A. P. 311 ff. Verbaque provisam rem non invita sequentur etc.

18. *ex re naturalis*, besser als die Vulgatlesart: ex rei natura. Brut. 36 sucus ille et sanguis incorruptus usque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua *naturalis* inesset, non fucatus *nitor*.

ex re, um den Gegensatz zwischen res und verba 'Inhalt und Form' scharf hervorzuheben. 19; 142 cui res non suppetat, verba non desint. I 50 si res non subest etc., vgl. II 142.

20. *doctrina* etc., 16; Einl. I § 8, 49.

illuminet, a magistris istis requiret. Ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta sine duce, natura ipsa, si modo est exercitata, delabitur.

Hic Catulus, Di immortales, inquit, quantam rerum varie- 32 126
tatem quantam vim, quantam copiam, Crasse, complexus es quantisque ex angustiis oratorem educere ausus es et in maiorum suorum regno collocare! Namque illos veteres doctores auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse accepimus semperque esse in omni orationis ratione versatos. Ex quibus Eleus Hippias cum Olympiam venisset 127
maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est cuncta paene audiente Graecia, nihil esse ulla in arte rerum omnium quod ipse nesciret; nec solum has artes, quibus liberales doctrinae atque ingenuae continerentur, geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poëtarum atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur, sed anulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse. Scilicet nimis hic quidem est progressus, sed ex eo ipso est 128
coniectura facilis, quantum sibi illi oratores de praeclarissimis artibus appetierint, qui ne sordidiores quidem repudiarint. Quid de Prodico Ceo? de Thrasymacho Calchedonio, de Protagora

1. *Ita facile — delabitur,* d. h. wenn der Redner oder Schriftsteller die vorher angegebenen Eigenschaften besitzt, wird er leicht — in eine kunstvolle Sprache hinein geraten; natura ipsa ist Ablativ, in delabi liegt das Ungesuchte.

2. *si modo est exercitata,* setzt Crassus hinzu, um sich abermals zu verwahren, als rede er dem Naturwüchsigen an sich ohne Ausbildung und fortwährende Pflege desselben irgend das Wort: die beiden Faktoren φύσις und μελέτη sind nicht zu entbehren, aber die reichen auch hier unter der erwähnten Voraussetzung aus; des dritten Faktors, der ἐπιστήμη oder der τέχνη im engeren Sinn, bedarfs dann eigentlich nicht. (Für exercitata lesen andere excitata.)

4. Die rerum abundantia ist die Hauptsache (I 20); die älteren griech. Sophisten, wenn sie auch zu weit gingen, hatten wenigstens darin Recht, daß sie ein universales Wissen vom Redner verlangten (— 132), wie denn ehedem diese Universalität wirklich vorhanden war und jetzt wieder erstrebt werden muß (— 144).

Catulus, der Freund der griech. Litteratur, ist es immer, der die glänzende Seite derselben (im Gegensatz zu dem späten Verfall) hervorhebt.

11. *quinquennali,* in jedem fünften Jahre wiederkehrenden. Etwa seit Ol. 80 ward es Sitte, daß zur Zeit der großen Festspiele zu Olympia auch Wettkämpfer in öffentlichen rednerischen Vorträgen, den s. g. ἐπιδείξεις, Prunk- und Schaureden, auftraten.

12. *cuncta paene audiente Graecia,* in der πανήγυρις τῶν Ἑλλήνων.

13. *has artes* sc. se scire, was aus nesciret zu ergänzen ist.

15. *litterarum cognitionem,* ἡ τῶν γραμμάτων μάθησις, Sprachwissenschaft und Litteraturkenntnis (39), die sich besonders an die Dichter anschloß, I 10.

17. *dicerentur,* 187; I 93 (Physik, Ethik, Politik 23).

21. *sordidiores,* die βάναυσοι τέχναι, die Handwerkskünste.

Abderita loquar? quorum unus quisque plurimum temporibus
129 illis etiam de natura rerum et disseruit et scripsit. Ipse ille
Leontinus Gorgias, quo patrono, ut Plato voluit, philosopho
succubuit orator (qui aut non est victus umquam a Socrate
neque sermo ille Platonis verus est; aut, si est, eloquentior
videlicet fuit et disertior Socrates et, ut tu appellas, copiosior
et melior orator), sed hic in illo ipso Platonis libro de omni
re, quaecumque in disceptationem quaestionemque vocaretur, se
copiosissime dicturum esse profitetur; isque princeps ex omnibus ausus est in conventu poscere, qua de re quisque vellet
audire; cui tantus honos habitus est a Graecia, soli ut ex
omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur.
130 Sed ei, quos nominavi, multique praeterea summique dicendi
doctores uno tempore fuerunt; ex quibus intellegi potest ita
se rem habere, ut tu, Crasse, dicis, oratorisque nomen apud
antiquos in Graecia maiore quadam vel copia vel gloria flo-
131 ruisse. Quo quidem magis dubito tibine plus laudis an Graecis
vituperationis statuam esse tribuendum; cum tu in alia lingua
ac moribus natus occupatissima in civitate vel privatorum negotiis paene omnibus vel orbis terrae procuratione ac summi
imperii gubernatione districtus, tantam vim rerum cognitionemque comprehenderis eamque omnem cum eius, qui consilio et
oratione in civitate valeat, scientia atque exercitatione sociaris,
illi nati in litteris ardentes[que] his studiis, otio vero diffluentes,
non modo nihil acquisierint, sed ne relictum quidem et traditum
et suum conservarint.

33 132 Tum Crassus: Non in hac, inquit, una, Catule, re, sed
in aliis etiam compluribus distributione partium ac separatione
magnitudines sunt artium diminutae. An tu existimas, cum
esset Hippocrates ille Cous, fuisse tum alios medicos, qui mor-

3. *quo patrono,* insofern Plato in seinem Dialog dem Rhetor Gorgias das patrocinium oratoris übertragen hatte, während Sokrates der Anwalt des Philosophen war.

5. *verus,* hat nicht wirklich stattgefunden, kann also in diesem Falle nicht zum Beweis der Überlegenheit des Philosophen über den Redner angeführt werden; im andern Fall aber hat nicht der Philosoph den Redner, sondern ein besserer Redner einen schwächeren überwunden.

eloquentior, I 47.

7. *sed* nimmt den unterbrochenen Gedanken wieder auf, Brut. 64.

in illo ipso Platonis libro, Gorg. *p. 447 C* ἐκέλευε γοῦν νῦν δὴ ἐρωτᾶν ὅτι τις βούλοιτο τῶν ἔνδον ὄντων καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι. I 120 f.

14. *fuerunt,* haben gelebt (denn bei der bloßen Zeitangabe wird esse, nicht vivere gebraucht), de imper. Cn. P. 27 eorum hominum, qui nunc sunt.

19. *privatorum negotiis* etc., Einl. I § 9, 64.

20. *orbis terrae procuratione,* Einl. I § 10, 84 ff.

summi imp. gubernatione, Einl. I § 10, 86 ff.

28. *distributione partium ac separatione,* Gliederung u. Scheidung in Teile, Abzweigung von Gliedern.

29. *magnitudines,* die Umfangs-, Gebietsverhältnisse.

bis, alios, qui vulneribus, alios, qui oculis mederentur? Num
geometriam Euclide aut Archimede, num musicam Damone
aut Aristoxeno, num ipsas litteras Aristophane aut Callimacho
tractante tam discerptas fuisse, ut nemo genus universum com-
plecteretur atque ut alius aliam sibi partem, in qua elaboraret,
seponeret? Equidem saepe hoc audivi de patre et de socero 133
meo, nostros quoque homines, qui excellere sapientiae gloria
vellent, omnia, quae quidem tum haec civitas nosset, solitos
esse complecti. Meminerant illi Sex. Aelium; M'. vero Mani-
lium nos etiam vidimus transverso ambulantem foro; quod
erat insigne, eum, qui id faceret, facere civibus suis omnibus
consilii sui copiam; ad quos olim et ita ambulantes et in solio
sedentes domi sic adibatur, non solum ut de iure civili ad
eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro
colendo, de omni denique aut officio aut negotio referretur.
Haec fuit P. Crassi illius veteris, haec Ti. Coruncanii, haec 134
proavi generi mei, Scipionis prudentissimi hominis sapientia,
qui omnes pontifices maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus
divinis atque humanis rebus referretur; eidemque [et] in senatu
et apud populum et in causis amicorum et domi et militiae
consilium suum fidemque praestabant. Quid enim M. Catoni 135
praeter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque ad-
venticiam defuit? Num, quia ius civile didicerat, causas non

3. *ipsas litteras* — als grammatici, Philologen von Fach, waren die γράμματα selbst, die Litteratur ihr Studium, I 10.

5. *atque ut,* wo wir eine Adversativpartikel erwarten: sondern vielmehr; mit atque wird der näher bestimmende positive Ausdruck dem allgemeinen negativen zur Seite gestellt, gerade wie II 177 saepe non proponere ac ratione ipsa adferenda quid proponendum fuerit declarare.

6. *de,* 'von', de rep. II 15 saepe enim hoc de maioribus natu audivimus, Brut. 100.

9. *Meminerant.* 194; 214; Lael. 9 memineram Paullum (ich konnte mir noch vergegenwärtigen), videram Gallum.

12. *in solio,* I 199; II 143.

13. *non solum* etc., darin, daß der Rat, welchen die prudentes erteilten und um den sie angegangen wurden, sich nicht auf die rein rechtliche Seite der Verhältnisse beschränkte, giebt sich der (so zu sagen) patriarchalische Charakter dieser älteren Zeit kund, indem diese Rechtskundigen mehr als väterliche Berater angesehen wurden.

17. *proavi generi mei,* s. ind. Cornelii.

22. *hanc* — wie sie jetzt hierher (nach Rom) übergesiedelt ist.

doctrinam transmarinam, de rep. II 15 a. E. Ac tamen facile patior, non esse nos transmarinis nec importatis artibus eruditos, sed genuinis domesticisque virtutibus, ibid. III 3 qui — ad domesticum maiorumque morem etiam hanc a Socrate adventiciam doctrinam adhibuerunt.

23. *num, quia ius civile didicerat* etc. Bei den Alten war scire und dicere verbunden. Überhaupt, ausgezeichnete Männer pflegten das gesamte Wissen zu umfassen. Cato begnügte sich nicht mit dem scire ius civile, sondern machte auch praktisch davon Anwendung, indem er Prozesse führte, und er begnügte sich nicht etwa mit dem dicere posse, sondern verband damit das Studium des Rechts. Aus Mißverständnis dieses Sinnes haben alte

dicebat? aut quia poterat dicere, iuris scientiam neglegebat? Utroque in genere et elaboravit et praestitit. Num propter hanc ex privatorum negotiis collectam gratiam tardior in re publica capessenda fuit? Nemo apud populum fortior, nemo melior senator, idem facile optimus imperator, denique nihil in hac civitate temporibus illis sciri discive potuit, quod ille non cum investigarit et scierit tum etiam conscripserit. Nunc
136 contra plerique ad honores adipiscendos et ad rem publicam gerendam nudi veniunt atque inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. Sin aliquis excellit unus e multis, effert se, si unum aliquid adfert, aut bellicam virtutem aut usum aliquem militarem; quae sane nunc quidem obsoleverunt; aut iuris scientiam, ne eius quidem universi; nam pontificium, quod est coniunctum, nemo discit; aut eloquentiam, quam in clamore et in verborum cursu positam putant; omnium vero bonarum artium, denique virtutum ipsarum societatem cognationemque
34 137 non norunt. Sed ut ad Graecos referam orationem, quibus carere hoc quidem sermonis genere non possumus (nam ut virtutis a nostris, sic doctrinae sunt ab illis exempla petenda), septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes et haberentur et vocarentur. Hi omnes praeter Milesium Thalen civitatibus suis praefuerunt. Quis doctior eisdem temporibus illis aut cuius eloquentia litteris instructior fuisse traditur quam Pisistrati? qui primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. Non fuit ille quidem civibus suis

Abschreiber non vor didicerat eingeschaltet.

2. *elaborare,* mit Eifer u. Erfolg arbeiten s. z. I 18.

praestare, Hervorragendes leisten.

4. *apud populum,* dem entspricht hernach senator; es werden also die beiden Seiten des genus deliberativum angedeutet (während das vorausgehende ex privatorum negotiis sich auf das genus iudiciale bezieht): in contione und in senatu.

fortior, energischer, sein Wort blieb nicht erfolglos. Or. 95.

7. *conscripserit,* schriftstellerisch behandeln.

10. *Sin aliquis excellit,* die gegensätzliche Bedingung liegt in dem voraufgehenden nudi atque inermes, das gleich ist etiamsi nudi atque inermes sunt.

13. *pontificium,* s. ind. pontificum libri.

16. *societatem,* 21.

18. *hoc sermonis genere,* bei einer Art von Gespräch wie dieses. Cfr. II 4 hoc populo; III 2 illo senatu.

19. *petenda,* nicht repetenda; man sagt repetere a capite, ab ortu, a fonte, ab initio und dgl., aber in der Regel exempla petere; Quint. XII 11, 17 rerum exempla ab historicis aut dicendi ab oratoribus petuntur.

20. *septem sapientes,* s. ind.

22. *praefuerunt,* im Krieg und Frieden, Chilon als ἔφορος ἐπώνυμος, Solon als ἄρχων (ἐπώνυμος), Periander als der bedeutendste unter den Kypseliden, Pittakus von Mytilene auf Lesbos, gleichfalls als τύραννος, Bias im Kampf gegen den lydischen König Alyattes, gegen den er seine Vaterstadt tapfer verteidigte, und Cleobulus als angesehener Staatsmann.

25. *non — utilis* (139 z. A.), als τύραννος, Corn. Nep. Milt. c. 8, 1 namque Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, qui paucis annis

utilis, sed ita eloquentia floruit, ut litteris doctrinaque prae-
staret. Quid Pericles? de cuius dicendi vi sic accepimus, ut, 138
cum contra voluntatem Atheniensium loqueretur pro salute
patriae severius, tamen id ipsum, quod ille contra populares
homines diceret, populare omnibus et iucundum videretur;
cuius in labris veteres comici, etiam cum illi male dicerent,
quod tum Athenis fieri licebat, leporem habitasse dixerunt
tantamque in eodem vim fuisse, ut in eorum mentibus, qui
audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. At hunc non
declamator aliqui ad clepsydram latrare docuerat, sed, ut ac-
cepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir summus in maxi-
marum rerum scientia. Itaque hic doctrina, consilio, eloquentia
excellens quadraginta annis praefuit Athenis et urbanis eodem
tempore et bellicis rebus. Quid Critias? quid Alcibiades? civi- 139
tatibus suis quidem non boni, sed certe docti atque eloquentes,
nonne Socraticis erant disputationibus eruditi? Quis Dionem
Syracosium doctrinis omnibus expolivit? non Plato? atque eum

ante fuerat, omnium suorum civium potentiam extimescebant.

2. *sic accepimus, ut — videretur* = cuius dicendi vim eam fuisse accepimus, ut —.

6. *veteres comici,* die Dichter der s. g. alten Komödie im 5. Jahrhundert v. Chr. (Hor. sat. I 4, 1 ff.), s. ind. Pericles.

7. *quod tum Athenis fieri licebat,* denn später zur Zeit der triginta wurde diese Bühnenfreiheit beschränkt und durch ein besonderes Gesetz untersagt, lebende Personen in der Komödie zu verspotten, wie die Dichter der alten Komödie öffentliche Charaktere (Kleon, Hyperbolus, Nikias, Sokrates) als Vertreter bestimmter Richtungen in ihren Stücken auf die Bühne brachten, multa cum libertate notabant.

leporem, oder suadam, πειθώ, quam deam in Pericli labris scripsit Eupolis sessitavisse, Brut. 59.

10. *declamator,* nicht clamator, wie gewöhnlich gelesen wird; es stehen sich hier nicht (wie z. B. Brut. 182) clamator und orator, sondern declamator de ludo (Or. 47) als Lehrer und philosophus entgegen, I 73.

ad clepsydram, die Wasseruhren dienten (wie in Athen und später in Rom bei öffentlichen Verhandlungen) auch bei rhetorischen Schulübungen dazu, die Dauer des Vortrages zu regeln. Tusc. II 67 cras ergo ad clepsydram sc. declamandi i. e. rhetoricas exercitationes instituemus.

latrare, II 220; gerade im Gegensatz zu der suaviloquentia, quae nunc quidem non tam est in plerisque; latrant enim quidam oratores, non loquuntur, Brut. 58.

11. *in maximarum rerum* (s. z. 109) *scientia,* die Worte fügen dem vir summus ein zweites Attribut zu Anaxagoras hinzu: ein sehr bedeutender Mann, im Besitz eines sehr reichen Wissens.

13. *quadraginta annis,* II 76 tot annis, *quadraginta,* in runder Zahl, indem Cic. etwa von Cimons Verbannung im Jahre 465 an rechnet, I 216.

urbanis, wie de off. I 74 vere autem si volumus iudicare, multae res exstiterunt *urbanae* maiores quam *bellicae.* Or. 141 urbanis pacatisque rebus.

14. *civitatibus suis,* Critias u. Alcibiades gehörten beide demselben Staate an, daher vermutet Bergk nicht unwahrscheinlich civibus suis.

15. *non boni,* nicht von Segen, Critias als einer der dreißig, Alcibiades in mehr als einer Beziehung.

docti, mit Beziehung darauf, daß Critias auch Dichter war.

idem ille non linguae solum, verum etiam animi ac virtutis magister ad liberandam patriam impulit, instruxit, armavit. Aliisne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis Isocrates clarissimum virum Timotheum, Cononis praestantissimi imperatoris filium, summum ipsum imperatorem hominemque doctissimum? aut aliis Pythagoreus ille Lysis Thebanum Epaminondam, haud scio an summum virum unum omnis Graeciae? aut Xenophon Agesilaum? aut Philolaus Archytam Tarentinum? aut ipse Pythagoras totam illam veterem Italiae Graeciam,
35 140 quae quondam magna vocitata est? Equidem non arbitror. Sic enim video, unam quandam omnium rerum, quae essent homine erudito dignae atque eo, qui in re publica vellet excellere, fuisse doctrinam; quam qui accepissent, si eidem ingenio ad pronuntiandum valuissent et se ad dicendum quoque
141 non repugnante natura dedissent, eloquentia praestitisse. Itaque ipse Aristoteles cum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod is suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam prope disciplinae suae versumque quendam Philoctetae paullo secus dixit. Ille enim 'turpe sibi ait esse tacere, cum barbaros', hic autem 'cum Isocratem pateretur dicere'. Itaque ornavit et illustravit doctrinam illam omnem rerumque cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit. Neque vero hoc fugit sapientissimum regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem accierit, a quo

3. *Aliisne* etc., der Philosoph sowohl wie der Rhetor waren beide zugleich Lehrer der bedeutendsten Staatsmänner, de off. I 155 atque illi, quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus et commodis non recesserunt; nam et erudiverunt multos, quo meliores cives utilioresque rebus suis publicis essent, ut Thebanum Epaminondam Lysis Pythagoreus, Syracosium Dionem Plato multique multos.

16. *Aristoteles* etc., daß der Zulauf, den Isokrates als Lehrer der Rhetorik hatte, für Aristoteles die Veranlassung gewesen, auch seinerseits die Rhetorik mit der Philosophie zu verbinden, wird öfters erzählt. Diese Rivalität beider fällt in die Zeit von Aristoteles' erstem Auftreten in Athen (367—348 v. Chr.).

17. *quod is suas,* nicht ipse (wie die Hs. haben), denn das würde auf Aristoteles gehen, während doch nur Isokrates gemeint sein kann. S. d. krit. Anhang.

20. *Philoctetae.* Der Vers war wahrscheinlich aus Euripides' Philoktet und lautete:

ὑπέρ γε μέντοι παντὸς Ἑλλήνων στρατοῦ
αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν,

wofür Aristoteles substituierte:

αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν.

22. *Itaque ornavit et illustravit et cum orationis exercitatione coniunxit,* eine Notiz, die man wohl auf das dritte Buch der Aristotelischen Rhetorik deuten darf, welches ursprünglich wohl als eine besondere Schrift, περὶ λέξεως, herausgegeben war.

23. *rerum cognitionem,* II 160.

eodem ille et agendi acciperet praecepta et eloquendi. Nunc 142
sive qui volet, eum philosophum, qui copiam nobis rerum orationisque tradat, per me appellet oratorem licet; sive hunc oratorem, quem ego dico sapientiam iunctam habere eloquentiae, philosophum appellare malet, non impediam; dummodo hoc constet, neque infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscientiam illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam; quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam quam stultitiam loquacem. Sin quaerimus quid unum excellat ex 143
omnibus, docto oratori palma danda est. Quem si patiuntur eundem esse philosophum, sublata controversia est. Sin eos diiungent, hoc erunt inferiores, quod in oratore perfecto inest illorum omnis scientia, in philosophorum autem cognitione non continuo inest eloquentia; quae quamvis contemnatur ab eis, necesse est tamen aliquem cumulum illorum artibus adferre videatur.

Haec cum Crassus dixisset, parumper et ipse conticuit et ceteris silentium fuit.

Tum COTTA: Equidem, inquit, Crasse, non possum queri, 36 144
quod mihi videare aliud quiddam et non id, quod susceperis, disputasse; plus enim aliquanto attulisti, quam tibi erat tributum a nobis ac denuntiatum; sed certe ut eae partes fuerunt

1. *et agendi* etc., vgl. 57.

2. *sive qui volet,* nämlich oratorem appellare.

6. *infantia,* 198, das Gegenteil von eloquentia, Top. 82 possitne eloquentia commutatione aliqua converti in infantiam, wie das adi. infans im Gegensatz von disertus, Brut. 77; 90; 101; 108.

7. *res — verba,* 125; I 20; II 177.

9. *sit optandum,* wenn einem nur die Wahl bliebe.

10. *stultam loquacitatem* giebt Gell. 1, 15, 6.

13. *inferiores,* sc. philosophi, I 49.

15. *continuo,* ohne weiteres, unmittelbar, an und für sich schon.

19. *silentium fuit,* der Zustand des Seins, Vorliegens, als Resultat des consequi, wie I 160 gesagt ist silentium est consecutum; wir etwa: trat ein und herrschte.

20. Cotta beklagt es nicht, daß Crassus sich von seiner Begeisterung hat fortreißen lassen, und ist ganz für die Akademie gewonnen, Sulpicius ist praktischer gesinnt u. wünscht das bereits Angefangene bis ins Einzelne vollendet zu sehen. So dient die Darlegung des verschiedenen Eindrucks, den die Rede des Meisters auf die Jünger gemacht, zugleich zur Charakteristik beider wie zur Zurückführung auf das eigentliche Thema (c. 36, 144—37, 148).

21. *et non,* und nicht vielmehr; s. z. I 102; II 134.

22. *tributum,* als dein Teil, 19; II 123; 366.

23. *ac denuntiatum* ist in der juristischen Bedeutung zu nehmen, wie in testimonium denuntiare alicui, einem ankündigen, daß er als Zeuge zu erscheinen hat, einem Zeugenschaft auferlegen; also hier: was wir dir als zu Leistendes auferlegten, wozu du also die Verpflichtung hattest. Quint. V 7, 9 quoniam duo genera sunt testium, aut voluntariorum, aut eorum, quibus in iudiciis publicis lege denuntiatur etc.

ut eae partes. Der geforderte

tuae, de illustranda oratione ut diceres, et eras ipse iam ingressus atque in quattuor partes omnem orationis laudem discripseras; cumque de duabus primis nobisquidem satis, sed, ut ipse [dicebas], celeriter exigueque dixisses, duas tibi reliquas feceras, quemadmodum primum ornate, deinde etiam apte di-
145 ceremus. Quo cum ingressus esses, repente te quasi quidam aestus ingenii tui procul a terra abripuit atque in altum a conspectu paene omnium abstraxit. Omnem enim rerum scientiam complexus non tu quidem eam nobis tradidisti; neque enim fuit tam exigui temporis; sed apud hos quid profeceris nescio, me quidem in Academiam totum compulisti. In qua velim sit illud, quod saepe posuisti, ut non necesse sit consumere aetatem atque ut possit is illa omnia cernere, qui tantummodo aspexerit; sed etiamsi est aliquanto spissius aut si ego sum tardior, profecto numquam conquiescam neque defatigabor ante, quam illorum ancipites vias rationesque et pro omnibus et contra omnia disputandi percepero.

146 Tum Caesar: Unum, inquit, me ex tuo sermone maxime, Crasse, commovit, quod eum negasti, qui non cito quid didicisset, umquam omnino posse perdiscere; ut mihi non sit difficile periclitari et aut statim percipere ista, quae tu verbis ad caelum extulisti, aut, si non potuerim, tempus non perdere, cum tamen his nostris possim esse contentus.

147 Hic Sulpicius: Ego vero, inquit, Crasse, neque Aristotelem istum neque Carneadem nec philosophorum quemquam desidero,

Nachsatz: ita plane non omnibus partibus satis fecisti folgt in der Weise, daß positiv ausgedrückt wird: duas tibi reliquas feceras, hattest du dir zweie noch vorbehalten.

1. *illustranda,* 91.

ingressus, 37.

3. *ut ipse,* nach Maßgabe deiner Erfahrung und Gewohnheit.

6. *Quo cum ingressus esses,* 53.

7. *altum,* mit Beibehaltung des Bildes: auf die hohe See, vom Ufer aus nicht mehr zu sehen; 157 aestus, der wogende Drang.

11. *in Academiam,* Einl. I § 13, 150.

12. *saepe,* 86 ff. 123.

posuisti, I 65; Brut. 165; Acad. I 19.

13. *cernere* etc., 124.

14. *est spissius* sc. ancipites vias percipere, nicht rasch vorwärts kommt, eben weil man alles nach zwei Seiten, also doppelt zu erwägen hat, II 213.

15. *tardior,* oben 89.

16. *ancipites vias,* 107, s. ind. acad.

18. Caesar scheint fast in einem ähnlichen Verhältnisse zu seinem Bruder Catulus gestanden zu haben wie Quintus Cicero zu seinem Bruder Marcus; er ist also im Ganzen in dieser Beziehung indifferent und steht so in der Mitte zwischen Cotta, dem begeisterten Anhänger der Akademie, und Sulpicius, der auf die Philosophie als solche gar nichts giebt. Daher muß auch Sulpicius die Anregung zu der weiteren Fortführung der eigentlichen für das besondere praktische Bedürfnis berechneten rhet. Doktrin geben.

19. *negasti,* 89.

20. *non sit difficile,* weil er eben damit nun einen untrüglichen Maßstab dafür gefunden hat.

23. *his nostris,* 'mit dem, was wir Römer davon wissen und verstehen', im Gegensatz zu griechischen Philosophen. Vgl. 137.

vel me licet existimes desperare ista posse perdiscere vel, id quod facio, contemnere. Mihi rerum forensium et communium vulgaris haec cognitio satis magna est ad eam, quam specto, eloquentiam; ex qua ipsa tamen permulta nescio; quae tum denique, cum causa aliqua, quae a me dicenda est, desiderat, quaero. Quamobrem, nisi forte es iam defessus et si tibi non graves sumus, refer ad illa te, quae ad ipsius orationis laudem splendoremque pertinent; quae ego ex te audire volui, non ut desperarem me eloquentiam consequi posse, sed ut aliquid addiscerem.

Tum Crassus: Pervulgatas res requiris, inquit, et tibi 37 148
non incognitas, Sulpici. Quis enim de isto genere non docuit, non instituit, non scriptum etiam reliquit? Sed geram morem et ea dumtaxat, quae mihi nota sunt, breviter exponam tibi; censebo tamen ad eos, qui auctores et inventores sunt harum sane minutarum rerum, revertendum.

Omnis igitur oratio conficitur ex verbis; quorum primum 149
nobis ratio simpliciter videnda est, deinde coniuncte. Nam est quidam ornatus orationis, qui ex singulis verbis est; alius qui ex continuatis [coniunctisque] constat.

Ergo utimur verbis aut eis, quae propria sunt et certa quasi vocabula rerum, paene una nata cum rebus ipsis; aut eis, quae transferuntur et quasi alieno in loco collocantur; aut

3. *quam specto*, wie ich sie 'im Auge habe'; vgl. II 169 nostra consilia sempiternum tempus spectare debent, II 204 quae maxima spectare solemus, III 86 qui forum, qui causas, qui rem publicam spectet. Das Subj. zu spectare ist meist eine Person; spectare ad = pertinere ad wird von Sachen od. abstrakten Begriffen gesagt, vgl. o. 82 quae ad sapientiam spectarent.

4. *tum denique*, II 146; 315.

6. *quaero*, nach Antonius' Vorschrift, II 102; vgl. I 250.

7. *ipsius orationis*, I 144.

8. *ut desperarem*, wozu man bei so hohen Forderungen, wie du sie stellst, am Ende kommen muß.

Theorie des ornate dicere b) im Besonderen — c. 55, 210.

14. *dumtaxat*, II 60.

15. *ad eos qui* etc., d. h. die griech. Rhetoren, besonders Aristoteles und Isokrates.

16. *minutarum*, sind sie als bloße formell-rhetorische Dinge, 121.

17. *igitur*, 96. Crassus schickt auch hier eine kurze Disposition voraus. Die stilistische Schönheit im Einzelnen offenbart sich 1. in den einzelnen Worten an sich (— 171), 2. in der Verbindung derselben (199).

19. *ornatus orationis*, s. ind. lumina.

ex singulis etc., part. Or. 16 ff. Or. 70 ff.; 134 nam et singulorum verborum et collocatorum lumina attigimus.

21. *Ergo* (37) *utimur verbis*, was also 1. die einzelnen Worte betrifft: so handelt sichs hier a) um die eigentlichen, und die ungebräuchlichen, archaistischen (150—153), b) die figürlichen im engern Sinn (155—171) und c) um die eigens neugebildeten Wörter (154).

22. *nata*, part. Or. 16 simplicia partim nativa sunt, partim reperta; nativa ea, quae significata sunt sensu; reperta quae ex his facta sunt et novata. Or. 80.

23. *alieno in loco*, insofern die Metapher die Stelle des unfigürlichen Ausdrucks einnimmt.

150 eis, quae novamus et facimus ipsi. In propriis igitur est [verbis] illa laus oratoris, ut abiecta atque obsoleta fugiat, lectis atque illustribus utatur, in quibus plenum quiddam et sonans inesse videatur. Sed in hoc verborum genere propriorum delectus est habendus quidam atque is aurium quodam iudicio ponderandus est; in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plu-
151 rimum. Itaque hoc, quod vulgo de oratoribus ab imperitis dici solet: 'bonis hic verbis', aut: 'aliquis non bonis utitur', non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu iudicatur; in quo non magna laus est vitare vitium (quamquam est magnum), verum tamen hoc quasi solum quoddam atque fundamentum est, verborum usus et copia bonorum.
152 Sed quid ipse aedificet orator et in quo adiungat artem, id esse nobis quaerendum atque explicandum videtur.

38 Tria sunt igitur in verbo simplici, quae orator adferat ad illustrandam atque exornandam orationem: aut inusitatum ver-
153 bum aut novatum aut translatum. Inusitata sunt prisca fere ac vetustate ab usu cotidiani sermonis iam diu intermissa, quae sunt poëtarum licentiae liberiora quam nostrae; sed tamen raro habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem. Neque enim illud fugerim dicere, ut Caelius: 'Qua tempe-

2. *lectis*, I 154; de opt. gen. orat. 4 perficiendum est — in propriis ut lautissima eligamus.

4. *delectus* bezieht sich auf das vorhergehende lectis, *aurium iudicio* auf sonans, daher wahrscheinlich scilicet für sed zu lesen, wie Sorof konjiciert hat. Die verba propria gehören nur dann zum ornatus orationis, wenn sie lecta, inusitata sind (153).

7. *ab imperitis*, von Laien, die also lediglich von einem natürlichen Gefühl, nicht von irgend welchen theoretischen Regeln (arte) geleitet werden.

10. *vitium*, fehlerhafte, schlechte Ausdrucksweise, das Gegenteil von verborum usus bonorum.

11. *quamquam est magnum*, II 91 wie Brut. 140 nam ipsum Latine loqui est illud quidem — in magna laude ponendum, sed non tam sua sponte quam quod est a plerisque neglectum.

solum etc., Brut. 258 solum quidem et quasi fundamentum oratoris vides, locutionem emendatam (fehlerlos) et Latinam.

13. *aedificet*, auf diesem Grund und Boden.

15. *Tria*, Or. 80 aut translatum ac sumptum aliunde ut mutuo, aut factum ab ipso ac novum aut priscum et inusitatum.

17. *fere*, 34; II 61.

18. *vetustate*, I 193; de leg. III 20 ea quae iam prisca videntur propter vestustatem, archaistische Ausdrücke, die einer früheren Sprachperiode angehören, aber noch gebraucht werden können.

19. *liberiora*, eher gestattet, Quint. VIII 6, 19 synecdoche — liberior poetis quam oratoribus.

raro, hin und wieder, hier und da, 201; Or. 80 sed etiam inusitata ac prisca sunt in propriis, nisi quod raro utimur.

20. *in oratione*, in der Prosa, 174. 184. Or. 201 Nec in numeris magis quam in reliquis ornamentis orationis eadem cum faciamus quae poetae effugimus tamen in oratione poematis similitudinem.

21. *fugerim dicere*, fugere mit dem Infinitiv ist in Prosa seltener, p. Mur. 11; ad Att. X 8, 5 turpiter facere fugiamus.

state Poenus in Italiam venit', nec 'prolem' aut 'subolem' aut 'fari' aut 'nuncupare' aut, ut tu soles, Catule, 'non rebar' aut 'opinabar'; aut alia multa, quibus loco positis grandior atque antiquior oratio saepe videri solet. Novantur autem verba, quae ab eo, qui dicit, ipso gignuntur 154 ac fiunt, vel coniungendis verbis, ut haec:

Túm pavor sapiéntiam omnem mi éxanimato expéctorat.
An nón novisti huius vérsutiloquas málitias .....,

videtis enim et 'versutiloquas' et 'expectorat' ex coniunctione facta esse verba, non nata; sed saepe vel sine coniunctione verba novantur, ut ille 'senius disertus', ut 'di

tempestate, 219, brauchen für das prosaischere tempore noch Sallust, Livius und Cicero selbst, de div. I 75 eademque tempestate multis signis Lacedaemoniis Leuctricae pugnae calamitas denuntiabatur.

1. *proles* und *suboles*, für liberi, ist bei Dichtern sehr gewöhnlich, für progenies auch bei Prosaikern.

2. *fari aut nuncupare*, nach Quint. VIII 3, 27 Quaedam tamen adhuc vetera vetustate ipsa gratius nitent, quaedam et necessario interim sumuntur, nuncupare et fari (die Hs. haben meist effari aut nuncupari).

nuncupare, I 245. de nat. deor. II 65 und sehr oft bei Livius.

3. *non rebar*, für non existimabam, wie es Cic. oben 82 eben unsern Catulus (doch ohne die Negation) brauchen läßt: Quint. VIII 3, 26 'reor' tolerabile.

non opinabar, wie es noch Plaut. Pers. II 3, 5 (neque opinabar) hat, galt also in dieser Form zu Crassus' Zeiten als unmodern.

loco, dasselbe was in loco oder suo loco, Brut. 274 nullum (verbum) nisi loco positum. part. Or. 8.

5. *Novantur*, Hor. A. P. 46 ff.

6. *fiunt* für *faciuntur*, vgl. 167 factum verbum est.

7. *Tum pavor*, 218 ff.; Tus. IV 19. Der Vers (ein tetr. troch. cat. wie 102) ist aus dem Alcumaeo des Ennius (Ribbeck p. 15. Vahlen Enn. poes. rel. p. 96).

sapientiam, Besinnung.

expectorat, d. i. ex pectore eximit wie bei Attius Epigon. 'eloquere propere ac meum hunc pavorem expectora'; ähnlich ist das ebenfalls von Ennius gebrauchte evitari, 217 a. E.

8. *An non* etc. Der Vers ist wahrscheinlich aus dem Armorum iudicium (*ἡ τῶν ὅπλων κρίσις*) des Accius entnommen, Worte des Aias über Odysseus' ränkevolle Schlauheit, die ihm ja auch wirklich den gehofften Siegespreis, Achilles' Waffenrüstung, entriß.

9. *versutiloquas*, wie Aias diesen seinen verhaßten Gegner bei Soph. Ai. 103 *τὸ ἐπίτριπτον κίναδος*, 379 ff. *ἁπάντων ἀεὶ κακῶν ὄργανον κακοπινέστατόν τ' ἄλημα στρατοῦ*, 445 *φῶς παντουργὸς φρένας* nennt. — Was die orator. Anwendung dieses Worts betrifft, so äußert sich Cic. Or. 164 darüber so: quare bonitate potius nostrorum verborum utamur, quam splendore Graecorum — asperitatemque fugiamus — 'versutiloquas malitias'.

10. *facta*, neu gebildet, 167. 184; II 36; Or. 68 ego autem, etiamsi quorundam grandis et ornata vox est poetarum, tamen in ea — licentiam statuo maiorem esse quam in nobis faciendorum iungendorumque verborum. part. Or. 72 si factis verbis aut vetustis, aut translatis frequenter utamur.

sed saepe vel sine coni. 'aber oft selbst ohne Verbindung', im Gegensatz zum voraufgehenden ex coniunctione, mit einer leichten Umwandlung der angefangenen Konstruktion.

11. *ut ille senius disertus*, wahrscheinlich aus Ennius' Satiren. Crassus führt von dem auch in sprachgeschichtlicher Beziehung epoche-

155 genitales', ut 'bacarum ubertate incurvescere'. Tertius ille modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit inopia coacta et angustiis, post autem iucunditas delectatioque celebravit. Nam ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem, sic verbi translatio instituta est inopiae causa, frequentata delectationis. Nam 'gemmare vites, luxuriem esse in herbis, laetas segetes' etiam rustici dicunt. Quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato cum est dictum, illustrat id, quod intellegi volumus, eius rei,
156 quam alieno verbo posuimus, similitudo. Ergo hae translationes quasi mutuationes sunt, cum quod non habeas aliunde sumas. Illae paullo audaciores, quae non inopiam indicant,

machenden Dichter Ennius drei Beispiele neu gebildeter Wörter an und zwar erst eines Substantivs, dann eines Adjektivs und drittens eines Verbs. Das erste Wort ist das später noch von Terenz gebrauchte *senius* (Eun. II 3, 11 ut illum di deaeque *senium* perdant, qui hodie me remoratus est); ille senius disertus also der geschwätzige Alte (garrulus senex); — ille fast wie der bestimmte Artikel II 193 — s. d. krit. Anhang.

1. *di genitales* ist aus Ennius' Annalen, aus einem Vers, den Servius zu Verg. Aen. VI 764 anführt (Vahlen p. 19): Romulus in caelo cum dis genitalibus aevum degit (vgl. Tusc. I 28). Gemeint sind die zwölf di maiores als Urheber aller Dinge:

Iuno Vesta Ceres Diana Minerva Venus Mars
Mercurius Iovis Neptunus Volcanus Apollo.

Das dritte Beispiel:

bacarum ubertate incurvescere ist nach Ribbeck p. 270 aus Ennius' Eumeniden, nach Aeschyl. Eumen. 903 ff. Vollständig steht die Stelle Tusc. I 69 (Ribbeck p. 217):

caelúm nitescere, árbores frondéscere,
vitéslaetificaepámpinispubéscere,
ramí bacarum ubértate incurvéscere,
segetés largiri frúges, florere ómnia,
fontés scatere, herbis práta convestírier.

2. *modus transferendi* — translatio, quae μεταφορά Graece vocatur, λέξις μεταφερομένη ἀπὸ τοῦ κυρίου ἐπὶ τὸ μὴ κύριον, ἐμφάσεως ἢ ὁμοιώσεως ἕνεκα. 'Transfertur nomen aut verbum ex eo loco, in quo proprium est, in eum, in quo aut proprium deest aut translatum proprio melius est. Id facimus aut quia necesse est, aut quia significantius est, aut quia decentius.' Quint. VIII 6, 5.

4. *celebravit,* 110 celebratur.

6. *dignitatem,* anständigem, schönem Äußeren.

7. *delectationis,* Or. 134 (tralationes) propter similitudinem transferunt animos et referunt ac movent huc et illuc, qui motus cogitationis celeriter agitatus per se ipse delectat.

gemmare, von gemma, dem s. g. Auge, Cat. mai. 53 itaque ineunte vere — existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quae gemma dicitur, a qua oriens uva se ostendit.

8. *rustici,* Or. 81 tralatione — frequentissime sermo omnis utitur non modo urbanorum sed etiam rusticorum, siquidem est eorum: gemmare vites, sitire agros, laetas esse segetes, luxuriosa frumenta, II 96. Tac. dial. de or. c. 40 sicut indomitus ager habet quasdam herbas laetiores.

10. *id quod intellegi volumus,* das was wir eigentlich meinen.

12. *aliunde sumas,* 159. Or. 80.

sed orationi splendoris aliquid arcessunt; quarum ego quid vobis aut inveniendi rationem aut genera ponam?

Similitudinis [est] ad verbum unum contracta brevitas, [quod verbum in alieno loco tamquam in suo positum,] si agnoscitur, delectat; si simile nihil habet, repudiatur. Sed ea 39 157
transferri oportet, quae aut clariorem faciunt rem, ut illa omnia:

inhorrescít mare,
Ténebrae conduplicántur, noctisque ét nimbum occaecát nigror,
Flámma inter nubés coruscat, caélum tonitru cóntremit,
Grándo mixta imbrí largifico súbita praecipitáns cadit;
Úndique omnes vénti erumpunt, saévi existunt túrbines:
Férvit aestu pélagus;

omnia fere, quo essent clariora, translatis per similitudinem verbis dicta sunt; aut quo significetur magis res tota sive facti 158
alicuius sive consilii, ut ille, qui occultantem consulto, ne id,

1. *quarum ego* etc. mit der rhet. Frage leitet Crassus ein, daß er bei der Theorie des metaphorischen Ausdruckes noch etwas verweilen wolle, jedoch da es allbekannte Sachen seien, nur übersichtlich.

3. *similitudinis* knüpft an similitudo an zu Ende von 155. Die Worte similitudinis ad verbum unum contracta brevitas sind eine erklärende Umschreibung des in 155 erklärten Begriffes translatio, und da der Sprecher in 156 erklärt hatte, mit der Auffindung und Klassifizierung von Metaphern seine Zuhörer nicht behelligen zu wollen, erläutert er jetzt in zwanglosem Redefluß die Erfordernisse einer guten Metapher und den Zweck und angemessenen Gebrauch derselben seitens des Redners. Vgl. a. den krit. Anhang. Vgl. Quint. VIII 6, 8 in totum autem metaphora brevior est similitudo (Gleichnis) eoque distat, quod illa (das Gleichnis, εἰκών) comparatur rei, quam volumus exprimere, haec (die Metapher) pro ipsa re dicitur. Ähnl. Arist. Rhet. III 4 (p. 1406 b) ἔστι δὲ καὶ μὴ ἡ εἰκὼν μεταφορά· διαφέρει γὰρ μικρόν· ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα "ὡς δὲ λέων ἐπόρουσεν", εἰκών ἐστιν, ὅταν δὲ "λέων ἐπόρουσε" μεταφορά.

5. *Sed ea transferri oportet* wir etwa: brauchen aber muß man Metaphern dann, wenn man etwas anschaulicher darstellen, in helleres Licht setzen will; 161 ist das letztere ausgedrückt durch lumen adferre orationi = lichtvoller gestalten.

7. *inhorrescit.* Die nachfolgenden tetr. troch catal. sind aus Pacuvius' Dulorestes genommen, wo der erste der hier angeführten Verse vollständig lautete: ínterea prope iam óccidente sóle inhorrescít mare. De div. I 24; Ribbeck p. 111. Geschildert wird der heftige Meeressturm, der die Flotte der Achäer auf der eben begonnenen Heimkehr von Troja überfiel.

8. *nimbum* = nimborum. *occaecat* sc. diem, Liv. XXXIII 7 tam densa caligo obcaecaverat diem.

13. *per similitudinem,* indem Meer, Himmel, Winde als persönliche Wesen gefaßt und demgemäß Zustände der unpersönlichen Schöpfung als wie Zustände der persönlichen (inhorrescit, contremit, erumpunt saevi) dargestellt werden.

14. *significetur.* Man sollte in Beziehung auf das obenstehende quae aut clariorem faciunt rem erwarten: aut quibus significatur, allein es wird auf das näher stehende quo essent clariora mit einer leichten Anakoluthie bezogen.

15. *ut ille,* nämlich Accius, denn der nachfolgende Vers ist wahrscheinlich aus der Antigone dieses Dichters (nicht, wie Ribbeck p. 313 meint, aus dem Armorum iudicium).

quod ageretur, intellegi posset, duobus translatis verbis similitudine ipsa indicat,

Quándoquidem is se círcumvestit díctis, saepit sédulo.

Nonnumquam etiam brevitas translatione conficitur, ut illud: 'Si telum manu fugit.' Imprudentia teli missi brevius propriis verbis exponi non potuit, quam est uno significata translato.

159 Hoc in genere persaepe mihi admirandum videtur quid
sit, quod omnes translatis et alienis magis delectentur verbis
40 quam propriis et suis. Nam si res suum nomen et vocabulum
proprium non habet, ut 'pes' in navi ut 'nexum' quod per
libram agitur, ut in uxore 'divortium', necessitas cogit, quod
non habeas, aliunde sumere; sed in suorum verborum maxima
copia tamen homines aliena multo magis, si sunt ratione trans-
160 lata, delectant. Id accidere credo vel quod ingenii specimen
est quoddam, transilire ante pedes posita et alia longe repetita
sumere; vel quod is, qui audit, alio ducitur cogitatione neque

nach Sophocles' Antig. 241 f., wo Kreon zu dem Wächter, der aus Angst nicht mit der Sprache heraus will, die Worte spricht:

εὖ γε στοχάζει κἀποφράγνυσαι κύκλῳ τὸ πρᾶγμα.

1. *quod ageretur,* daß nämlich wider Kreons ausdrückliches Verbot Polyneikes' Leichnam mit Erde bedeckt sei.

duobus translatis verbis. Die beiden Metaphern sind circumvestit u. saepit, bemäntelt u. umschanzt.

3. *saepit* — vor saepit ist aus dem vorausgehenden Kompositum noch einmal circum zu nehmen.

sedulo, mit ängstlicher Sorgfalt oder Vorsicht. Ter. Phorm. II 3, 81 metuit hic nos, tametsi sedulo dissimulat. Hecyra IV 2, 2 non clam me etc. etc. — etsi ea dissimulas sedulo. Die ansprechende Konjektur Osanns saepit se dolo paßt wohl auf Ulixes, aber nicht auf den Wächter in der Antigone.

4. *brevitas,* der metaphorische Ausdruck dient dazu, einen bestimmten Begriff, den man sonst umschreiben müßte, mit éinem Wort erschöpfend zu bezeichnen, wie in der aus den XII Tafeln stammenden juristischen Formel 'si telum manu fugit' das fugit treffend angiebt, daß etwas ohne Absicht, aus Versehen geschehen sei. Dasselbe Beispiel wird Top. 64 angeführt, um den Unterschied der ignorata und voluntaria daran zu zeigen: nam iacere telum voluntatis est, ferire quem nolueris fortunae; ex quo aries ille subicitur in vestris actionibus: si telum manu fugit magis quam iecit.

5. *Imprudentia,* das Unvorgesehene, Unbeabsichtigte.

8. *Hoc in genere,* in dieser Beziehung d. h. hinsichtlich der Anwendung der Metapher, so auch 162.

11. *pes,* das Lenktau des Segels (gewöhnlich im plur., wie bracchia die Segelstangen), Verg. Aen. V 830. Ebenso im Griechischen: πόδας καλοῦσι οἱ ναῦται τοὺς παρ' ἑκάτερα τὰ μέρη ἐκδεδεμένους τῆς ὀθόνης. Hom. Od. ε 269. κ 32. Vgl. a. Ov. Fast. 3, 565 nancta ratem comitesque fugae pede labitur aequo mit nach beiden Seiten gleichmäßig angezogenem Segeltau, Catull 4, 21 sive utrumque Iupiter Simul secundus incidisset in pedem.

nexum, s. ind. nexum.

12. *divortium,* 69, s. ind. divortium.

14. *ratione,* mit Verstand d. h. in berechneter Weise (ad. Her. IV 34, 45; Or. 164 nec solum componentur verba ratione, sed etiam finientur); Quint. VIII 6, 5 recte modo adscita.

tamen aberrat, quae maxima est delectatio; vel quod singulis verbis res ac totum simile conficitur; vel quod omnis translatio, quae quidem sumpta ratione est, ad sensus ipsos admovetur, maxime oculorum, qui est sensus acerrimus. Nam et 161
'odor' urbanitatis et 'mollitudo' humanitatis et 'murmur' maris et 'dulcitudo' orationis sunt ducta a ceteris sensibus; illa vero oculorum multo acriora, quae ponunt paene in conspectu animi, quae cernere et videre non possumus. Nihil est enim in rerum natura, cuius nos non in aliis rebus possimus uti vocabulo et nomine. Unde enim simile duci potest (potest autem ex omnibus), indidem verbum unum, quod similitudinem continet, translatum lumen adferre orationi. Quo in genere 162
primum est fugienda dissimilitudo:

Caéli ingentes fórnices;

quamvis sphaeram in scenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse.

1. *delectatio*, Or. 134 frequentissimae translationes erunt, quod eae propter similitudinem transferunt animos et referunt ac movent huc et illuc; qui motus cogitationis celeriter agitatus per se ipse delectat.

quod singulis verbis etc., weil jedesmal durch ein Wort, nämlich durch die metaphor. Bezeichnung (wie oben inhorrescit, contremit, se circumvestit) etwas Reales, Lebendiges u. ein vollständiges, die ganze Situation verdeutlichendes Gleichnis zu stande kommt.

4. *sensus acerrimus*, II 357; de fin. II 52 oculorum, inquit Plato, est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam non cernimus; quam illa ardentes amores excitaret sui, si videretur!

7. *illa vero oculorum*, *τὰ τῶν ὀφθαλμῶν*, das was in den Bereich des Gesichtssinnes fällt, d. h. die Metaphern, die in diese Kategorie gehören.

8. *cernere et videre*, mit leiblichen Augen, vgl. 120.

9. *in rerum natura*, 26.

in aliis rebus, zu eigentlich damit heterogenen Dingen setzen, wohin an sich der entlehnte Ausdruck nicht gehört; so kann odor zu urbanitas, mollitudo zu humanitas etc. gesetzt werden, obwohl eigentlich oder wörtlich genommen weder urbanitas mit odor, noch humanitas mit mollitudo etwas zu thun hat.

11. *ex omnibus* sc. quae in rerum natura sunt, aus allen Gebieten des Lebens.

12. *adferre* sc. potest; denn es handelt sich zunächst eben um die Möglichkeit: ein Gleichnis kann man jedem Dinge entlehnen, folglich auch einen Gleichnisausdruck und diesen dann metaphorisch behufs Veranschaulichung des betreffenden Begriffs brauchen.

13. *dissimilitudo* wir: nicht ausreichende, mangelnde Ähnlichkeit.

14. *Caeli ingentes fornices*, Varro de L. L. V 18 a chao chaum, hinc cavum et hinc caelum — et Ennius item ad cavationem; caeli ingentes fornices. Die verhältnismäßig schmale Wölbung des senkrecht hochaufstrebenden Triumphbogens (II 267) war für die cavatio caeli allerdings kein passendes Bild.

15. *in scenam ut dicitur attulerit*, wie man zu sagen pflegt, ins Publikum gebracht, populär gemacht hat, eben dadurch daß er das griech. Wort sphaera in einer oder mehreren seiner Tragödien brauchte; ad Brut. ep. I 9, 2 tibi nunc populo et scenae, ut dicitur, serviendum est. Man hätte also erwarten sollen, daß Ennius, da ihm Begriff und Wort (sphaera) so geläufig war, auch ein richtigeres Bild wählte.

Více, Ulixes, dúm licet;
Oculís postremum lúmen radiatúm rape!

non dixit 'cape', non 'pete' (haberet enim moram sperantis diutius esse victurum), sed 'rape'. Hoc verbum est ad id ap-
41 163 tatum, quod ante dixerat, 'dum licet'. Deinde videndum est ne longe simile sit ductum: 'Syrtim patrimonii' scopulum libentius dixerim; 'Charybdim bonorum' voraginem potius. Facilius enim ad ea, quae visa, quam ad illa, quae audita sunt, mentis oculi feruntur. Et quoniam haec vel summa laus est in verbis transferendis, ut sensum feriat id, quod translatum sit, fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum
164 animos, qui audient, trahet similitudo. Nolo dici morte Africani 'castratam' esse rem publicam; nolo 'stercus curiae' dici Glauciam; quamvis sit simile, tamen est in utroque deformis cogitatio similitudinis. Nolo esse aut maius, quam res postulet: 'Tempestas comissationis'; aut minus: 'Comissatio tempestatis'. Nolo esse verbum angustius id, quod translatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum:

Quidnam ést, obsecró? Quid te adírier abnútas?

Der eben erwähnten fehlerhaften Metapher ist jedoch gleich ein treffender metaphorischer Ausdruck desselben Dichters gegenübergestellt, um gleichsam den eben ausgesprochenen Tadel wieder gut zu machen und zu zeigen, daß der berühmte Dichter nur das éine Mal sich im Ausdruck vergriffen. Die Verse: video te, video, (denn die gehören noch dazu, Ribbeck p. 205) vive Ulixes, dum licet etc. sind wahrscheinlich aus dem Aiax des Ennius genommen, wo sie Aias im Wahnsinn spricht, als habe er nun seinen verhaßten Gegner in seiner Gewalt, um ihm jetzt den Todesstoß zu geben (vgl. Soph. Aiac. 228 ff.) Acad. II 28, 89 Quid loquar de insanis? — Quid ille, qui: video video te, vive Ul. dum licet? nonne etiam bis se exclamavit videre, cum omnino non videret?

2. *radiatum*, Accius Phoen. (Ribbeck p. 180 f.) Sol qui micantem candido curru atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas, Quianam tam adverso augurio et inimico omine Thebis radiatum lumen ostentas tuum? Ähnlich aus Accius' Brutus (de div. I 44) orbem flammeum radiatum solis.

rape, ἅρπαζε, unser 'raffen', als als ein metaphor. Ausdruck, wie er der Situation dessen, über dem die Todesnacht im Moment hereinzubrechen droht, in mehrfacher Beziehung höchst angemessen ist.

6. *Syrtim* und *Charybdim*, weil ihnen, als zu weit (von den Küsten Afrikas und aus den Irrfahrten des Odysseus) hergeholten, nur von Hörensagen bekannten Dingen (in solcher Verbindung wenigstens) die rechte sinnliche Anschauung abgehe.

7. *voraginem*, Phil. II 67 Quae Charybdis tam vorax?

10. *sensum feriat*, anschaulich vor die Sinne (vor die Augen) tritt, ad Fam. XV 16, 2 his spectris etiamsi oculi possent feriri — animus qui possit ego non video.

11. *fugienda est omnis turpitudo*, Arist. rhet. III 2, 10 τὰς δὲ μεταφορὰς ἐντεῦθεν οἰστέον ἀπὸ καλῶν ἢ τῇ φωνῇ ἢ τῇ δυνάμει ἢ τῇ ὄψει ἢ ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει.

17. *angustius*, Quint VIII 6, 18 metaphora enim aut vacantem occupare locum debet, aut si in alienum venit plus valere eo, quod expellit.

19. *Quidnam* etc. Dieser und die nachfolgenden Verse (versus bac-

melius esset, vetas, prohibes, absterres; quoniam ille dixerat:

ilico ístic,
Ne cóntagió mea boník umbrave óbsit...

Atque etiam, si vereare, ne paullo durior translatio esse videatur, mollienda est praepositio, saepe verbo; ut si olim, M. Catone mortuo, 'pupillum' senatum quis relictum diceret, paullo durius; sin, 'ut ita dicam, pupillum', aliquanto mitius. Etenim verecunda debet esse translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irrupisse, atque ut precario, non vi, venisse videatur. 165

Modus autem nullus est florentior in singulis verbis nec qui plus luminis adferat orationi. Nam illud, quod ex hoc genere profluit, non est in uno verbo translato, sed ex pluribus continuatis connectitur, ut aliud dicatur, aliud intellegendum sit: 166

néque me patiar
Íterum ad unum scópulum ut olim clássem Achivom offéndere.

chiaci tetrametri) sind aus Ennius' Thyestes (Ribbeck p. 48, Vahlen p. 143), der nach dem entsetzlichen Mahle und dem Genusse der 'eklen schauervollen Speise' (cena Thyestae) im Gefühle des Fluches, der auf ihm ruht, dem Chor sich ihm zu nähern wehrt, auf daß er nicht auch von dem Miasma mit angesteckt werde: Nolíte, hospités, ad me adíre, ilico ístic (sc. manete, Ribbeck: isti) Ne cóntagió mea boník umbrave óbsit. Meó tanta vís sceleris ín corpore háeret. (Tusc. III 26 Tamne ergo abiectus tamque fractus? Nolite etc. Tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter vim sceleris alieni?). Darauf antwortet nun der Chor: Quidnam est etc., wo abnutas nach Thyests heftig abwehrenden Worten allerdings zu matt ist.

5. *ut si — quis diceret* ein Konj. potent. der Vergangenheit. Horat. S. I 3, 5.

8. *verecunda* (I 171, II 361), ad Her. IV 34, 45 translationem pudentem dicunt esse oportere, ut cum ratione in consimilem rem transeat, ne sine delectu temere et cupide videatur in dissimilem transcurrisse. de opt. gen. orat. 4 perficiendum est — in tralatis ut similitudinem secuti verecunde utamur alienis. Or. 81 Ergo ille tenuis orator — nec in faciendis verbis erit audax et in transferendis verecundus et parcus in priscis.

11. *florentior,* — nämlich als die bisher besprochene Metapher; denn die Allegorie, zu der nun Crassus übergeht, kann als florentior modus nicht dagegen angeführt werden, weil die Behauptung nur die ist, daß die Metapher modus florentissimus *in singulis verbis* sei, die Allegorie aber nicht in uno verbo translato est, sondern ex pluribus continuatis connectitur.

12. *ex hoc genere* sc. translationis. Or. 94 Iam cum confluxerunt plures continuae tralationes, alia plane fit oratio; itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte. genere melius ille (Aristoteles), qui ista omnia tralationes vocat (unter den Gattungsbegriff der μεταφορά auch die Allegorie, Metonymie, Katachrese begreift).

14. *ut aliud dicatur* = ἄλλο ἀγορεύειν, daher ἀλληγορία.

16. *neque* etc. Ribbeck p. 284 hält die Verse für ein Fragment aus einer Tragödie des Pacuvius, dem Chryses, die sich an dessen Dulorestes anschloß. Nach einem

Atque illud:

Érras, erras; nam éxsultantem te ét praefidentém tibi
Réprimente validae légum habenae atque ímperi insisténtiugo.

167 Sumpta re simili verba eius rei propria deinceps in rem aliam,
42 ut dixi, transferuntur. Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est; etenim hoc fere genere fiunt ea, quae dicuntur aenigmata.

Non est autem in verbo modus hic, sed in oratione, id

schweren Sturm wurden Orestes u. Pylades auf ihrer Flucht von Thoas nach der Insel Sminthus verschlagen und daselbst von dem Priester des Apollo aufgenommen. Als aber bald darauf sich in der Ferne die feindlichen Schiffe ihres Verfolgers Thoas gezeigt, habe Orestes seinen Entschluß kundgethan, sich nicht noch einmal der Wut der Wellen preiszugeben, oder einer und derselben Lebensgefahr auszusetzen, sondern zu bleiben.

17. *ad unum* — beinahe wie der unbestimmte Artikel, nur ist doch die Beziehung auf das éine Vorgebirge von Euböa Kaphareus nicht zu verkennen, an dem die heimkehrende achäische Flotte Schiffbruch litt. Vgl. I 132.

2. *Erras* etc. Aus welcher Tragödie die beiden trochäischen Septenare (Ribbeck p. 216) genommen sind, ist nicht mit Sicherheit zu ermitteln. Ribbeck p. 299 weist sie einer Tragödie Aegisthos oder Clytämnestra des Accius zu und vergleicht besonders Aesch. Agam. 1639 *τὸν δὲ μὴ πειθάνορα ζεύξω βαρείαις οὔτι μὴ σειραφόρον κριθῶντα πῶλον.* Dann wären die Worte wohl zur Elektra gesagt: 'dein widerspenstiger Sinn und stolzes Selbstvertrauen wird gedemütigt werden, wie man ein Roß durch Joch und Zügel bändigt'.

3. *imperi insistent iugo,* sie werden dir den Fuß auf den Nacken setzen, nämlich die Regierenden, die Wagenlenker des Staats, die das Regiment haben. *iugum* ist das Holz, das auf dem Nacken der Pferde liegt und das Gespann verbindet, daher iugum imperi das Joch, das von den Regierenden den Regierten eben behufs der Regierung auferlegt ist: darauf werden sie noch ihren Fuß setzen, um dem Trotzigen den Kopf niederzubeugen. Caes. b. G. IV 33 aurigae — efficiunt — ut — per temonem percurrere et *in iugo insistere* et se inde in currus citissime recipere consuerint.

4. *Sumpta* etc. So kommt die Allegorie zu Stande: man wählt sich für irgend etwas ein Abbild, z. B. die Fahrt bei stürmischer See für die Gefahren des Lebens, u. führt dann das gewählte Gleichnis mit seinen eigentlichen Ausdrücken fort, die in ihrer Aneinanderreihung die alia res, die man eigentlich meint, abbilden; u. insofern kann also die Allegorie als fortgesetzte Metapher betrachtet werden, nur daß sie an sich lauter eigentliche Ausdrücke enthält, die aber loco alieno stehen d. h. die Stelle der Vorstellungen vertreten, die hinter dem allegorischen Ausdruck verborgen liegen (ähnlich wie beim Rätsel).

7. *aenigmata,* Quint. VIII 6, 14 ut modicus atque opportunus eius (metaphorae) usus illustrat orationem, ita frequens et obscurat et taedio complet, *continuus vero in allegorias et aenigmata exit.*

8. *in verbo* — insofern bei der Allegorie die verba selbst propria bleiben.

in oratione, im Gesamtausdruck. Daß die verba an sich propria bleiben, also mit dem Worte selbst, das für ein anderes steht, keine besondere Operation vorgenommen wird, hat sie mit der nun folgenden Metonymie gemein.

est, in continuatione verborum. Ne illa quidem traductio atque immutatio in verbo quandam fabricationem habet:

. Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Pro 'Afris' est sumpta 'Africa'; neque factum est verbum, ut: 'Mare saxifragis undis'; neque tanslatum, ut: 'Mollitur mare'; sed ornandi causa proprium proprio commutatum;

Desine, Roma, tuos hostes

et:

Testes sunt Campi magni ....

Gravis est modus in ornatu orationis et saepe sumendus; ex quo genere haec sunt 'Martem belli esse communem',

1. *Ne — quidem,* auch nicht, wie öfters 208; II 81.

traductio — den Unterschied von Metapher u. Metonymie giebt Cic. selbst sehr bestimmt an Or. 92 f. *Tralata* ea dico, quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae causa transferuntur; *immutata,* in quibus *pro verbo proprio subicitur aliud, quod idem significet,* sumptum ex aliqua re consequenti (zugehörigen Gebiet). Quod quamquam transferendo fit (durch einen Akt der Übertragung) tamen alio modo transtulit cum dixit Ennius 'arce et urbe orba sum' pro patria, alio modo 'horridam Africam terribili tremere tumultu' cum dicit, pro Afris *immutat* Africam. Hanc ὑπαλλαγήν rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, μετωνυμίαν grammatici vocant, quod nomina transferuntur.

2. *fabricationem habet* ist gesagt wie admirationem habet, vertritt also das fehlende Passivum; denn bei Cic. ist das Verbum ein Deponens. Die Metonymie beruht nicht, wie die Allegorie, auf dem Gesamtausdruck, dem fortgesetzten Bild, sondern besteht im Gegenteil darin, daß ein Wort für ein anderes gesetzt wird; das aber hat sie mit der Allegorie (wie bereits bemerkt) gemein, daß sie zu ihrem Behufe weder neue Worte bildet, noch figürliche anwendet, sondern ein proprium mit einem andern proprium vertauscht, wie das gleich durch drei Beispiele (u. zwei Gegensätze) deutlich gemacht wird.

3. *Africa,* aus Ennius' Annalen und zwar nach Vahlen p. 46 und LXVII aus dem 9. Buch, vielleicht aus der Schilderung von Scipios Landung in Afrika vor der Schlacht bei Zama. Der Vers wird öfters angeführt: Or. 93; ad Fam. IX 7, 2; Festus p. 153 M. 'metonymia — ut Ennius cum ait: Africa' etc.

4. *factum,* 154.

5. *sequerentur*, sich von selbst einfanden, Or. 165 ut—intellegamus non quaesitum esse numerum, sed secutum; vgl. a. des alten Cato Censorius Mahnung: rem tene, *verba sequentur*.

7. *ne quis* etc., vgl. I 8.

10. *tacito*, unbewußt, 198; Or. 203 quorum (sc. versuum) modum notat ars, sed aures ipsae tacito eum sensu sine arte definiunt.

sine ulla arte etc., ohne irgend welche theoretische Unterweisung oder technische Regeln.

11. *in artibus ac rationibus* (I 165), in den verschiedenen Zweigen der Kunst und Theorie; in artibus ac rationibus bildet zu dem vorausgehenden sine arte aut ratione einen treffenden Gegensatz.

18. *teneat*, I 18; 84; 186; 191; II 204.

21. *reclamant*, 98; Or. 173 In versu quidem theatra tota exclamant, si fuit una syllaba aut brevior aut longior; nec vero multitudo pedes novit nec ullos numeros tenet, nec illud quod offendit aut cur aut in quo offendat, intellegit, et tamen omnium longitudinum et brevitatum in sonis sicut acutarum graviumque vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit. Parad. 3, 2 histrio si paullum se movit extra numerum aut si versus pronuntiatus est syllaba una brevior aut longior exsibilatur et exploditur. Wie genau es in dieser Beziehung die Alten nahmen, beweist das bekannte Beispiel des Schauspielers Hegelochus, der das vorletzte Wort in Eurip. Orest. 279 *ἐκ κυμάτων γὰρ αὖ γαλήν' ὁρῶ* so sprach, daß

a multitudine ac populo non modo catervae atque concentus, sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes eiciantur? Mirabile 51 197 est, cum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum differat in iudicando. Ars enim cum a natura profecta sit, nisi natura moveat ac delectet, nihil sane egisse videatur. Nihil est autem tam cognatum mentibus nostris quam numeri atque voces; quibus et excitamur et incendimur et lenimur et languescimus et ad tristitiam saepe deducimur; quorum illa summa vis carminibus est aptior et cantibus, non neglecta, ut mihi videtur, a Numa rege doctissimo maioribusque nostris, ut epularum sollemnium fides ac tibiae Saliorumque versus indicant; maxime autem a Graecia vetere celebrata. Quibus utinam similibusque de rebus disputari quam de puerilibus his verborum translationibus maluissetis! Verum ut in versu vulgus, si est peccatum, videt, sic, 198 si quid in nostra oratione claudicat, sentit. Sed poëtae non ignoscit, nobis concedit; taciti tamen omnes non esse illud, quod diximus, aptum perfectumque cernunt. Itaque illi veteres,

es nicht wie γαληνά (Windstille), sondern wie γαλῆν (Wiesel) klang und darüber ausgepocht wurde.

1. *catervae,* der Chor. p. Sest. 118 nam cum ageretur togata — caterva tota clarissima concentione contionata est.

2. *sibi,* Tusc. IV, 29 affectio discrepans sibi ipsa (vorher affectio a se ipsa dissentiens), dagegen ad Her. II 42 vitiosum est ipsum sibi in sua oratione dissentire); sonst a 119; II 110.

singuli, die Einzelstimmen.

5. *natura moveat,* d. h. ohne beim Publikum zum Eindruck und Genuß eine theoret. Bildung vorauszusetzen.

6. *mentibus nostris,* unseren natürlichen Empfindungen, unserem Inneren, sodaß wir also einen Verstoß gegen die numeri und voces sofort als eine Dissonanz in unserem Gefühl gewahr werden.

9. *aptior,* sich ihrer Natur nach enger anschließt an carmina d. h. sich lebendiger offenbart, weit stärker hervortritt in carminibus et cantibus.

11. *epularum fides,* s. ind. Numa.

12. *a Graecia vetere,* — wie die hohe Bedeutung und Blüte der Musik bei den Griechen bis in die ältesten Zeiten hinauf beweist.

13. *Quibus utinam* etc., — ein Wunsch, der sich dem Crassus sowohl bei dem Rückblick auf die vorausgehenden Erörterungen über die elocutio, soweit sie bloß schulmäßig-theoretischer Natur waren (51; 148 harum minutarum rerum 173; 187), als auch insonderheit im Hinblick auf das, was noch vor ihm liegt, aufdrängt, auf die σχήματα, wie sie 202 ff. aufgezählt werden: In Beziehung auf dieses Kapitel braucht er den Ausdruck de his verb. translat.: wie wir denn hernach auch wirklich fast nur die lat. Übersetzung der griech. technischen Ausdrücke erhalten. Und so kann der ausgesprochene Wunsch zugleich als Entschuldigung betrachtet werden für die trockene Aufzählung der 202 ff. Bei Erwähnung der axamenta Saliorum, die gerade damals an L. Aelius einen befähigten Interpreten gefunden, lag es daher besonders nahe, der schulmäßigen Theorie über die formelle Seite des oratorischen ornatus, namentlich der gleich aufzuführenden Schematologie gegenüber, an die weit inhaltsreicheren und interessanteren Aeliana studia zu erinnern (I 10; 193).

15. *Verum* — um den 197 angefangenen Gedanken zu vollenden.

sicut hodie etiam nonnullos videmus, cum circuitum et quasi orbem verborum conficere non possent (nam id quidem nuper vel posse vel audere coepimus), terna aut bina aut nonnulli singula etiam verba dicebant; qui in illa infantia naturale illud, quod aures hominum flagitabant, tenebant tamen, ut et illa essent paria, quae dicerent, et aequalibus interspirationibus uterentur.

52 199 Exposui fere, ut potui, quae maxime ad ornatum orationis pertinere arbitrabar. Dixi enim de singulorum laude verborum, dixi de coniunctione eorum, dixi de numero atque forma. Sed si habitum etiam orationis et quasi colorem aliquem requiritis, est et plena quaedam, sed tamen teres, et tenuis, non sine nervis ac viribus, et ea, quae particeps utriusque generis quadam mediocritate laudatur. His tribus figuris insidere quidam venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color.

2. *orbem verborum,* Or. 149 collocabuntur verba — ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum. 207 ergo in aliis — placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more illa circumscriptione ambituque, ut tamquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis. 234 in Thucydide orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent.

nuper, erst vor kurzem, nämlich durch Crassus II 53; bes. 121; III 33; 171. Cic. denkt dabei natürlich auch an sein eigenes Verdienst. Or. 171 Et apud Graecos quidem iam anni prope quadringenti sunt, cum hoc probatur; nos nuper agnovimus. Einl. I § 10, 67.

3. *terna* etc., in einem jeden Satz.

4. *infantia,* 142.

5. *ut et illa essent paria,* sodaß sie also doch eine Art von rhythmischer Gliederung des Satzes hatten.

6. *et aequalibus interspirationibus,* 173.

8. Zu dem ornatus gehören endlich noch die lumina sententiarum et verborum, gleichsam die einzelnen Schmucksachen und Pretiosen, die zum Glanz und zur Pracht des Anzugs dienen (210), s. ind. lumina.

9. *de singulorum laude verborum,* 149—171.

10. *de coniunctione,* 171—173.

de numero atque forma (der Periodenbildung), 173—199.

Sed si habitum, damit berührt Crassus zunächst kürzlich die *σχήματα ὑποθέσεων* (s. ind. lum.), die jedoch streng genommen zu den eigentlichen lumina (den Verschönerungen im einzelnen) nicht gerechnet werden können.

11. *habitum,* Figur und Haltung im allgemeinen, gleichsam die Gestalt und Konstitution, Brut. 227.

colorem, 96.

12. *plena* etc., mit Beziehung auf die drei genera dicendi, 177. plena entspricht mehr dem genus Asiaticum (*γένος ἁδρόν*, genus grande).

teres, völlig und dabei schlank und zierlich, fein gebildet. Or. 27 ad Atticorum igitur aures teretes et religiosas qui se accommodant, ei sunt existimandi Attice dicere (*γένος ἰσχνόν*, subtile), während der rhodische Stil zwischen dem asiatischen und attischen die Mitte hielt (*γένος μέσον*, medium).

14. *mediocritate,* ein Stil, der als Einheit beider das Verdienst (den Vorzug) einer vermittelnden Haltung hat, wir etwa: 'gleichsam aus der Einhaltung der goldenen Mittelstraße ihr Verdienst herleitet'; p. Mur. 63 omnes virtutes mediocritate quadam esse moderatas.

insidere, wir: 'über ihm muß schweben, thronen'.

15. *fuco,* 100.

Tum denique hic nobis orator ita conformandus est et 200
verbis et sententiis, ut, quemadmodum qui utuntur armis aut
palaestra, non solum sibi vitandi aut feriendi rationem esse
habendam putant, sed etiam, ut cum venustate moveantur, sic
verbis quidem ad aptam compositionem et decentiam, sen-
tentiis vero ad gravitatem orationis utatur. Formantur autem 201
et verba et sententiae paene innumerabiliter (quod satis scio
notum esse vobis, ut eis qui in armorum tractatione versantur),
sed inter conformationem verborum et sententiarum hoc inter-
est, quod verborum tollitur, si verba mutaris, sententiarum
permanet, quibuscumque verbis uti velis. Quod quidem vos

1. *Tum denique* — dann erst, nachdem der ganze Anzug geschmackvoll geordnet ist, geht es an die Ausschmückung im Einzelnen mit Perlen und Edelsteinen, mit andern Worten an die Anbringung der lumina verborum et sententiarum.

hic — wie wir ihn bis dahin gekleidet haben. II 123 tradam eum Crasso et vestiendum et ornandum.

conformandus, vollends ausgestattet, gleichsam die letzte, vollendende Hand an ihn angelegt werden. Der Ausdruck ist absichtlich gewählt, um der Beziehung auf die formae oder figurae sentent. et verb. willen (s. ind. lumina).

2. *qui utuntur armis* etc., Or. 228 Ut enim *athletas* nec multo secus *gladiatores* videmus nihil nec vitando facere caute nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaestram quandam, ut quidquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum: sic orator nec plagam gravem facit, nisi petitio fit apta, nec satis recte declinat impetum, nisi etiam in cedendo quid deceat intellegat. Alle, denen diese ästhetische Haltung, die leichte, graziöse Beweglichkeit, überhaupt der rechte Anstand abging, hießen ἀπάλαιστροι.

armis etc., 220.

3. *vitandi,* sc. ictus (Valer. Max. II 3, 2) zu parieren, sich zu decken.

5. *aptam,* geschmackvoll abgerundeten, harmonischen.

6. *Formantur,* d. h. die σχήματα oder formae sent. et verb. sind sehr mannigfacher Art. (S. ind. lumina.)

8. *ut eis* etc., s. d. krit. Anh. Damit setzt Crassus, indem er sich an die beiden jüngeren Leute Cotta und Sulpicius wendet (vgl. 208), den angefangenen Vergleich fort und rechtfertigt so indirekt, daß er so rasch über diese Dinge hinweggeht: ut eis sc. notum est, wie überhaupt denen (und dazu gehört ihr ja auch), die nicht mehr in die Fechtschule gehen, sondern bereits im Kampf (in acie) die Waffen führen, mit andern Worten: allen, die nicht mehr durch theoretischen Elementarunterricht darüber, als über unbekannte Dinge, unterwiesen zu werden brauchen, sondern die in der erwähnten Beziehung schon rednerische Erfahrung haben, also aus Erfahrung hinlänglich wissen, formari verba et sententias paene innumerabiliter.

in armorum tractatione versantur, wir: im Waffenwerke leben.

9. *sed,* um anzudeuten, daß die σχήματα διανοίας die bei weitem wirksameren seien, eaque non tam in verbis pingendis habent pondus quam in sententiis illuminandis. Brut. 141. Vgl. II 252 a. E.

11. *Quod quidem vos* etc., sc. formare verba et sententias. Um seinem Crassus der Vollständigkeit wegen auch noch diese schematologische Explikation in den Mund legen zu können, läßt er ihn absichtlich diese bis zu den Worten 'In perpetua etc.' wenigstens ironische Wendung brauchen: ich wills machen wie die gewöhnlichen Rhetoren, denen es nur auf Darstellung ihres trockenen Schemas und dessen Kenntnis ankommt, und wenn ihr auch täglich durch die That be-

etsi facitis, tamen admonendos puto, ne quid esse aliud oratoris putetis, quod quidem sit egregium atque mirabile, nisi in singulis verbis illa tria tenere, ut translatis utamur frequenter interdumque factis, raro autem etiam pervetustis. In perpetua autem oratione, cum et coniunctionis levitatem et numerorum, quam dixi, rationem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguenda et frequentanda omnis oratio sententiarum atque verborum.

53 202 Nam et commoratio una in re permultum movet et illustris explanatio rerumque, quasi gerantur, sub aspectum paene subiectio, quae et in exponenda re plurimum valet et ad illustrandum id, quod exponitur, et ad amplificandum, ut eis, qui audient, illud, quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse videatur; et huic contraria saepe percursio est et plus ad intellegendum, quam dixeris, significatio et distincte concisa brevitas et extenuatio et huic adiuncta illusio a prae-

weist, daß ihr die Tropen und Figuren zu handhaben versteht, euch erinnert haben, daß ihr ja nicht glaubt, zum Redner gehöre noch etwas anderes, als wissen u. s. w.

3. *illa tria,* 152. 170.

4. *factis,* oben 184.

raro, 153.

In perpetua oratione, im Gegensatz zu in singulis verbis; absichtlich ist der Satz in selbständiger Form gegeben, um anzudeuten, daß dies zweite allerdings etwas höher als das eben erwähnte und mit diesem nicht ganz gleichzustellen sei.

5. *coniunctionis levitatem,* Glätte, λειότης, vgl. 171 und 172.

9. Übersicht der σχήματα (s. ind. lumina) und zwar a) der lumina *sententiarum* (202—205). Vgl. Or. 137—139.

commoratio, ἐπιμονή. ad Her. IV 45, 58 c. est cum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius et eodem saepius reditur.

illustris explanatio, ἔκφρασις oder ἐνδιάσκευος διήγησις (ad Her. IV 42, 54 expolitio cum in eodem loco manemus et aliud atque aliud dicere videmur).

10. *rerum quasi gerantur sub aspectum paene subiectio,* ὑποτύπωσις. ad Her. IV 55, 68 demonstratio est, cum ita verbis res exprimitur, ut geri negotium et res ante oculos esse videatur.

11. *in exponenda re,* in der Geschichtserzählung (der narratio) I 90; II 307.

14. *percursio,* ἐπιτροχασμός, eine gedrängte Zusammenfassung der Hauptsachen, der *diserta explanatio* entgegengesetzt. (Eine andere Lesart ist *praecisio,* cum dictis aliquibus reliquum, quod coeptum est dici, relinquitur in cogitatione audientium. Die praecisio ist der significatio verwandter als die percursio.)

15. *plus ad intellegendum significatio,* ἔμφασις. ad Her. IV 53, 67 s. est, quae plus in suspitione relinquit quam positum est in oratione. Quint. VIII 3, 83 ἔμφασις altiorem praebens intellectum quam quem verba per se ipsa declarant. So deutet Smyrna Ovid. Met. X 422 mit den Worten o — felicem coniuge matrem ihre Liebe zu ihrem Vater an.

distincte concisa brevitas, die gedrängte Kürze ohne Dunkelheit, βραχυλογία. Quint. VIII 3, 82 hoc male imitantes sequitur obscuritas. Zu distincte concisa vgl. oratio — astricte numerosa.

16. *extenuatio,* ἐξουδενισμός, μείωσις. ad Her. IV 38, 50 deminutio est, cum aliquid inesse in nobis aut in eis, quos defendimus, aut natura aut fortuna aut industria dicimus egregium, quod, ne qua

ceptis Caesaris non abhorrens; et ab re digressio, in qua cum 203 fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus et concinnus esse debebit; propositioque quid sis dicturus et ab eo, quod est dictum seiunctio et reditus ad propositum et iteratio et rationis apta conclusio; tum augendi minuendive causa veritatis supralatio atque traiectio; et rogatio atque huic finitima quasi percontatio expositioque sententiae suae; tum illa, quae maxime quasi irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimulatio; quae est periucunda, cum in oratione non contentione sed sermone tractatur; deinde dubitatio, tum distributio, tum correctio vel ante vel postquam dixeris vel cum aliquid a te ipso reicias; praemunitio etiam est ad id, quod aggrediare, 204

significetur arrogans ostentatio, deminuitur et attenuatur oratione.

illusio, διασυρμός od. *χλευασμός*. Quint. VIII 6, 54 in eo vero genere, quo contraria ostenduntur, ironia est; illusionem vocant.

a praeceptis Caesaris, II 261 ff.; 269 ff.

1. *digressio*, Seyffert schol. lat. I p. 74, *παρέκβασις*.

3. *propositio, προέκθεσις*.

4. *seiunctio, προέκθεσις*. ad Her. IV 26, 35 transitio vocatur, quae cum ostendit breviter, quid dictum sit, proponit item brevi, quid sequatur. — Proficit haec aliquantum exornatio ad duas res; nam et quid dixerit commonet et ad reliquum comparat auditorem.

reditus, ἐπάνοδος. Seyff. l. l. p. 74. 77. 78.

iteratio, ἐπανάληψις.

rationis apta conclusio, II 158, die richtige Schlußfolgerung. Or. 137 ut argumentum ratione concludat. de div. II 25 concludatur igitur ratio. ad Her. IV 30, 41 conclusio est, quae brevi argumentatione ex eis, quae ante dicta sunt aut facta, conficit, quid necessario sequatur, Seyff. l. l. p. 71.

5. *veritatis supralatio atque traiectio, ὑπερβολή*. ad Her. IV 33, 44 supralatio est oratio superans veritatem augendi minuendive causa.

6. *rogatio, ἐρώτησις* Quint. IX 2, 6 quid enim tam commune quam interrogare vel percontari? Seyff. l. l. p. 86 ff.

quasi percontatio expositioque sententiae suae, ad Her. IV 23, 33 *subiectio est*, cum interrogamus adversarios aut quaerimus ipsi a nobis, quid ab illis aut quid contra nos dici possit; deinde subicimus id, quod oportet dici.

9. *dissimulatio, εἰρωνία*, II 269.

non contentione sed sermone, nicht im eigentlichen, strengen Redeton, sondern mehr im Konversationston, 177.

10. *dubitatio, διαπόρησις, ἀπορία*. ad Her. IV 29, 40 d. est, cum quaerere videtur orator, utrum de duobus potius aut quid de pluribus potissimum dicat. Quint. IX, 2, 19 affert aliquam fidem veritatis et dubitatio, cum simulamus quaerere nos, unde incipiendum, ubi desinendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit? Seyff. l. l. p. 8.

distributio, διαίρεσις. ad Her. IV 35, 47 d. est, cum in plures res aut personas negotia quaedam certa dispertiuntur z. B. wer von euch die Ehre des Senats achtet, der muß diesen (Angeklagten) verachten; wer den Ritterstand hochhält, muß diesen bestraft haben wollen; wer Eltern hat, muß die Impietät dieses Menschen verabscheuen u. s. w. Est haec exornatio copiosa, comprehendit enim brevi multa suum unicuique tribuens officium et separatim res dividit plures.

11. *correctio* etc., *προδιόρθωσις* und *ἐπανόρθωσις*.

12. *praemunitio* gehört zu *πρόληψις*, cum id quod obiici potest occupamus. Quint. IX 2, 17 führt sie als Species derselben an: est

et traiectio in alium; communicatio, quae est quasi cum eis ipsis, apud quos dicas, deliberatio; morum ac vitae imitatio vel in personis vel sine illis, magnum quoddam ornamentum orationis et aptum ad animos conciliandos vel maxime, saepe
205 autem etiam ad commovendos; personarum ficta inductio vel gravissimum lumen augendi; descriptio, erroris inductio, ad hilaritatem impulsio, anteoccupatio; tum duo illa, quae maxime movent, similitudo et exemplum; digestio, interpellatio, contentio, reticentia, commendatio; vox quaedam libera atque

enim quaedam praemunitio, qualis Ciceronis contra Q. Caecilium, quod ad accusandum descendat, qui semper defenderit (προκατάληψις, προθεραπεία).

1. *traiectio in alium*, μετάστασις, in Catil. 2, 3 non est ista mea culpa sed temporum.

communicatio, ἀνακοίνωσις. Quint. IX 2, 20 cum aut ipsos adversarios consulimus, aut cum iudicibus quasi deliberamus.

2. *morum ac vitae imitatio*, μίμησις, χαρακτηρισμός, ἠθοποιΐα. orat. 138 ut hominum sermones moresque describat.

5. *personarum ficta inductio*, προσωποποιΐα. ad Her. IV 53, 66 conformatio est, cum aliqua, quae non adest, persona confingitur, quasi adsit, aut cum res muta aut informis fit eloquens et forma ei et oratio adtribuitur ad dignitatem accommodata aut actio quaedam. — Haec conformatio — proficit plurimum in amplificationi spartibus et commiserationis. I 245.

6. *descriptio*, ἀπογραφή (ὑπογραφή). ad Her. IV 39, 51 d. nominatur, quae rerum consequentium continet perspicuam et dilucidam cum gravitate expositionem, z. B. wenn ihr den freigebt, statim sicut e cavea leo emissus — volitabit et vagabitur in foro u. s. w. (die lebhafte Schilderung der Folgen). Hoc genere exornationis vel indignatio vel misericordia potest commoveri.

erroris inductio, die zum Unterschiede von Induktionen anderen Inhalts und Zwecks auf den error abzielt 'Irreleitung', 'ut ab eo quod agitur avertat animos', ἀποστροφή.

ad hilaritatem impulsio, χαριεντισμός. Aesch. Ctes. 90 vom wetterwendischen Kallias ἐγκαταλιπὼν δὲ κἀκείνους καὶ πλείους τραπόμενος τροπὰς τοῦ Εὐρίπου, παρ' ὃν ᾤκει.

7. *anteoccupatio*, προκατάληψις. ut ante occupet, quod videatur opponi. Seyff. l. l. p. 129 ff.

8. *similitudo*, παραβολή. ad Her. IV 45, 59 s. est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile; ea sumitur aut ornandi causa aut probandi aut apertius dicendi aut ante oculos ponendi.

exemplum, παράδειγμα. ad Her. IV 49, 62 e. est alicuius facti aut dicti praeteriti cum certi auctoris nomine propositio; id sumitur eisdem de causis, quibus similitudo.

digestio, μερισμός, 'ut aliud alii tribuens dispertiat'. p. Sest. 32 erat in luctu senatus; squalebat civitas etc. p. Mil. 20 luget senatus, maeret equester ordo, tota civitas confecta senio est, squalent municipia, afflictantur coloniae etc.

interpellatio, παρενόχλησις.

contentio, ἀντίθεσις. ad Her. IV 45, 58 c. est per quam contraria referuntur, z. B. inimicis te placabilem, amicis inexorabilem praebes (wenn nicht für interp. content. der Stelle im Or. 138 entsprechend zu lesen ist interpellatoris coercitio. Vgl. II 262).

9. *reticentia*, παρασιώπησις. Seyff. l. l. § 43.

commendatio. Quint. IX 2, 3. Doch ist wohl nach Or. 138, wo genau dieselbe Ordnung eingehalten wird, vielmehr *comminatio* zu lesen, κατάπληξις 'ut denuntiet quid caveant'.

vox quaedam libera etc., παρρησία. ad Her. IV 36, 48 licentia est, cum apud eos, quos vereri aut metuere debemus, tamen aliquid pro iure

etiam effrenatior augendi causa; iracundia, obiurgatio, promissio, deprecatio, obsecratio, declinatio brevis a proposito, non ut superior illa digressio, purgatio, conciliatio, laesio, optatio atque exsecratio. His fere luminibus illustrant orationem sententiae.

Orationis autem ipsius tamquam armorum est vel ad usum 54 206
comminatio et quasi petitio vel ad venustatem ipsa tractatio. Nam et geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias; et paullum immutatum verbum atque deflexum et eiusdem verbi crebra tum a primo repetitio, tum in extremum conversio et in eadem verba impetus et concursio et adiunctio et progressio

nostro dicimus, quod eos minime offendat, quo eos aut quos ei diligunt, aliquo in errato vere reprehendere videamur.

1. *iracundia*, ἀγανάκτησις.

obiurgatio, ἐπιτίμησις, ἐπίπληξις.

promissio, ὑπόσχεσις.

2. *deprecatio*, προπαραίτησις, συγγνώμη.

obsecratio, δέησις, ἱκεσία.

declinatio, παρατροπή, eine beiläufige, scheinbar abschweifende, aber gerade hier bedeutsame Bemerkung.

3. *purgatio*, κάθαρσις.

laesio, das absichtliche Reizen des Gegners provocatio.

optatio, εὐχή.

4. *exsecratio*, ἀρά.

b) der lumina *verborum* (206—208).

6. *armorum*, der Gladiatoren, nach dem oft gebrauchten Vergleich (200; I 147; II 84).

7. *comminatio* und *petitio* sind die eigentlichen Ausdrücke für ihre Angriffsweisen, wenn sie Ernst machen (mit den Angriffswaffen, tela, 86). in Cat. I 15 quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione et, ut aiunt, corpore effugi.

ipsa tractatio, eigentliche tractatio ad venustatem, bloß um seine Kunst zu zeigen, 86; II 317 non ad vulnus, sed ad speciem.

8. *geminatio*, ἀναδίπλωσις. ad Her. IV 28, 38 conduplicatio est cum ratione amplificationis aut commiserationis eiusdem unius aut plurium verborum iteratio, z. B. proditor patriae, proditor, inquam, patriae.

9. *paullum immutatum verbum atque deflexum*, παρονομασία, annominatio, ad Her. IV 21, 29 a. est cum ad idem verbum aut ad idem nomen acceditur cum mutatione unius aut plurium litterarum, aut ad res dissimiles similia verba accommodantur, z. B. videte, iudices, utrum homini *navo* an *vano* credere malitis (II 256); pro Sulla 12: noli id putare a me esse omissum, si quid est tibi remissum atque concessum.

eiusdem verbi repetitio, ἐπαναφορά, ἐπιβολή. ad Her. IV 13, 19 repetitio est, cum continenter ab uno atque eodem verbo in rebus similibus et diversis principia sumuntur, z. B. Scipio Numantiam sustulit, Scipio Carthaginem delevit, Scipio pacem peperit, Scipio civitatem servavit.

10. *in extremum conversio*, ἀντιστροφή, ἐπιφορά. ad Her. IV 13, 19 conversio est, per quam non, ut ante, primum repetimus verbum, sed ad postremum continenter revertimur z. B. Poenos populus Rom. iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit.

11. *in eadem verba impetus et concursio*, συμπλοκή oder κοινότης. ad Her. IV 14, 20 complexio est, quae utramque complectitur exornationem — ut et repetatur idem verbum saepius et crebro ad idem postremum revertamur, z. B. qui sunt, qui foedera ruperunt? Carthaginienses; qui sunt, qui crudele bellum gesserunt? Carthag. etc.

adiunctio, ἐπίζευξις. ad Her. IV 27, 38 adi. est cum verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primum aut postremum collocamus, oder besser 'in

et eiusdem verbi crebrius positi quaedam distinctio et revocatio
verbi et illa, quae similiter desinunt aut quae cadunt similiter
aut quae paribus paria referuntur aut quae sunt inter se si-
207 milia. Est etiam gradatio quaedam et conversio et verborum
concinna transgressio et contrarium et dissolutum et declinatio

qua unum ad verbum plures sententiae referuntur', z. B. vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia (Quint. IX 3, 62 συνεζευγμένον).

progressio, procrescit oratio et veluti progreditur incrementum, Quint. VIII 4, 3, z. B. facinus est vincire civem Romanum, scelus verberare, prope parricidium necare, quid dicam in crucem tollere?

1. *eiusdem verbi — distinctio.* ad Her. IV 14, 20 traductio est, quae facit, ut, cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam concinniorem orationem reddat, z. B. qui nihil habet in *vita* iucundius *vita*, is cum virtute *vitam* non potest colere; de or. III 3; de imp. Cn. Pom. 1.

revocatio verbi, um noch eine weitere Bestimmung daran anzuknüpfen, wie Quint. IX 3, 44 aus Cicero in Cat. I anführt: hic tamen vivit; vivit? immo vero etiam in senatum venit.

2. *quae similiter desinunt*, ὁμοιοτέλευτα. ad Her. IV 20, 28 similiter *desinens* est, cum, tametsi casus non insunt in verbis, tamen similes exitus sunt, z. B. turpiter audes facere, nequiter studes dicere; vivis invidiose, delinquis studiose, loqueris odiose. Dagegen:

quae cadunt similiter, ὁμοιόπτωτα. ad Her. IV 20, 28 similiter *cadens* exornatio appellatur, cum in eadem constructione verborum duo aut plura sunt verba, quae similiter *eisdem casibus* efferuntur, z. B. hominem laudem egentem virtutis, abundantem felicitatis? — Homöoteleuta und Homöoptota verbunden: perditissima ratio est amorem petere, pudorem fugere, diligere formam, neglegere famam.

3. *quae paribus paria referuntur*, ἰσόκωλα, 'membris aequalibus', z. B. si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque iudiciis impudentia valeret, Quint. IX 3, 80.

quae sunt inter se similia, πάρισα, z. B. non enim tam *spes* laudanda quam *res* est, oder quantum *possis* in eo semper experire ut *prosis*. Quint. IX 3, 75.

4. *gradatio*, κλῖμαξ. ad Her. IV 25, 34 gr. est, in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius conscensum est, z. B. Africano virtutem industria, virtus gloriam, gloria aemulos comparavit. — Habet in se quendam leporem superioris cuiusque crebra repetitio verbi, quae propria est huius exornationis.

conversio, ἀντιμεταβολή. ad Her. IV 28, 39 commutatio genannt, cum duae sententiae inter se discrepantes ex traiectione ita efferuntur, ut a priore posterior contraria priori proficiscatur, z. B. oportet esse ut vivas, non vivere ut edas, oder ea re poemata non facio, quia cuiusmodi volo non possum, cuiusmodi possum nolo. Vgl. Chamisso's Kanon: das ist die Not der schweren Zeit! Das ist die schwere Zeit der Not! Das ist die schwere Not der Zeit! Das ist die Zeit der schweren Not!

verborum concinna transgressio, ὑπέρβατον. ad Her. IV 32, 44 tr. est, quae verborum perturbat ordinem perversione aut traiectione z. B. hoc vobis deos immortales arbitror dedisse pietate pro vestra, oder instabilis in istum plurimum fortuna valuit. Huiusmodi traiectio, *quae rem non reddit obscuram*, multum proderit ad continuationes (Periodenbildung), in quibus oportet verba sicuti ad poeticum quendam exstruere numerum, ut perfecte et perpolitissime possint esse absolutae. Quint. VIII 6, 62.

5. *contrarium*, ἀντίθετον, ἐναντιότης. ad Her. IV 18, 25 c. est, quod ex rebus diversis duabus al-

et reprehensio et exclamatio et imminutio et quod in multis casibus ponitur et quod de singulis rebus propositis ductum refertur ad singula et ad propositum subiecta ratio et item in distributis supposita ratio et permissio et rursus alia dubitatio et improvisum quiddam et dinumeratio et alia correctio et dissipatio et continuatum et interruptum et imago et sibi

teram breviter et facile confirmat, z. B. nam qui suis rationibus inimicus fuerit semper, eum quomodo alienis rebus amicum fore speres? oder ego reges eieci, vos tyrannos introducitis.

dissolutum, ἀσύνδετον. ad Her. IV 30, 41 d. est, quod coniunctionibus verborum e medio sublatis separatis partibus effertur, z. B. gere morem parenti, pare cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus.

declinatio, (παρηγμένον), 'cum aliquid praetereuntes cur id faciamus ostendimus', Or. 135. pr. Mil. 72 ff.

1. *reprehensio, ἀφορισμός, διορισμός,* 'cum corrigimus nosmet ipsos quasi reprehendentes', Or. 135. Quint. IX 2, 18 cives, cives, inquam, si hoc eos nomine appellari fas est.

exclamatio, ἐκφώνησις admirationis vel conquestionis, *σχετλιασμός.* ad Her. IV 15, 22 excl. est, quae conficit significationem doloris aut indignationis alicuius per hominis aut urbis aut loci aut rei cuiuspiam compellationem.

imminutio, nach Quint. IX 3, 90 gleichbedeutend mit extenuatio, 202. Doch könnte hier vielleicht auch darunter eine bloße Wortverkürzung zu rhet. Zwecken gemeint sein. Or. 157 Quid quod sic loqui 'nosse' 'iudicasse' vetant, 'novisse' iubent et 'iudicavisse' — quasi vero nesciamus in hoc genere et plenum verbum recte dici et *imminutum* usitate.

quod in multis casibus ponitur, πολύπτωτον, z. B. pater hic tuus? patrem nunc appellas? patris tui filius es? Quint. IX 3, 36.

2. *quod de singulis rebus* etc., 'wechselseitige Beziehung der Ausdrücke auf einander'. Als Beispiel wird angeführt: p. Mil. 10 est igitur haec non scripta sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus.

3. *ad propositum subiecta ratio, αἰτιολογία,* II 177.

4. *in distributis supposita ratio, προσαπόδοσις,* z. B. neque accusatorem eum metuo, qui sum innocens, neque competitorem vereor, quod sum Antonius, neque consulem spero, quod est Cicero, Quint. IX 3, 93 f.

permissio, ἐπιτροπή. ad Her. IV 29, 39 p. est, cum ostendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere et concedere alicuius voluntati, z. B. vos me vestro quo pacto vobis videbitur utamini atque abutamini licebit, imponite in me quidlibet, quidlibet statuite, dicto atque nutu parebo. Hoc genus — ad misericordiam commovendam vehementissime est accommodatum.

alia dubitatio, ἀμφισβήτησις, 203. Quint. IX 3, 88 Quaedam verborum figurae paullum figuris sententiarum declinantur ut dubitatio. Nam cum in re est, priori parti assignanda est, cum in verbo, sequenti, z. B. 'sive me malitiam, sive stultitiam dicere oportet'. Item correctionis eadem ratio est.

5. *improvisum quiddam, παρὰ προσδοκίαν, ἀπροσδόκητον,* II 255.

dinumeratio, ἀπαρίθμησις.

alia correctio, 203. ad Her. IV 26, 36. c. est, quae tollit id, quod dictum est et pro eo id, quod magis idoneum videtur, reponit, z. B. 'quodsi iste suos hospites rogasset, immo adnuisset modo, facile hoc perfici posset'.

6. *dissipatio.* Quint. IX 3, 39 ut haec in unum congeruntur, ita contra illa dispersa sunt, quae a Cicerone dissipata dici puto: '*hic* segetes, *illic* veniunt felicius uvae, arborei fetus *alibi*'.

continuatum, ad Her. IV 19, 27 c. est densa frequentatio verborum cum absolutione sententiarum, z. B. 'quod autem tempus veneni dandi? illo die? in illa frequentia? per

ipsi responsio et immutatio et diiunctio et ordo et relatio et
208 digressio et circumscriptio. Haec enim sunt fere atque horum
similia, vel plura etiam esse possunt, quae sententiis orationem
verborumque conformationibus illuminent.

55 Quae quidem te, Crasse, video, inquit COTTA, quod nota
esse nobis putes, sine definitionibus et sine exemplis effudisse.

Ego vero, inquit CRASSUS, ne illa quidem, quae supra
dixi, nova vobis esse arbitrabar, sed voluntati vestrum omnium
209 parui. His autem de rebus sol me ille admonuit, ut brevior
essem, qui ipse iam praecipitans me quoque haec praecipitem
paene evolvere coëgit. Sed tamen huius generis demonstratio
est et doctrina ipsa vulgaris; usus autem gravissimus et in
hoc toto dicendi studio difficillimus.

210 Quamobrem quoniam de ornatu omni orationis sunt omnes, si non patefacti, at certe commonstrati loci, nunc quid aptum sit, hoc est, quid maxime deceat in oratione videamus.

quem porro datum? unde sumptum? quae porro interceptio poculi? cur non de integro autem datum?' Hanc rerum coniunctam diversitatem Caecilius μεταβολήν vocat.

interruptum, das absichtliche Abbrechen der Worte oder das sich selbst Unterbrechen, mit der Aposiopese verwandt, quam nonnulli *interruptionem* appellant (Quint IX 2, 54) wie das bekannte: 'quos ego — sed motos praestat componere fluctus.'

imago, εἰκών. ad. Her. IV 49, 62 i. est formae cum forma cum quadam similitudine collatio.

sibi ipsi responsio, ἀπόφασις. p. Lig. 7.

1. *immutatio,* ἀλλοίωσις, der metonymische Ausdruck, 167.

diiunctio, ad Her. IV 27, 37 d. est cum eorum, de quibus dicimus, aut utrumque aut unum quidque certo concluditur verbo, z. B. populus Romanus Numantiam delevit, Carthaginem sustulit, Corinthum diiecit, Fregellas evertit.

ordo, τάξις, 'ne decrescat oratio et fortiori subiungatur aliquid infirmius —; augeri enim debent sententiae et insurgere' (Quint IX 4, 23).

relatio, Quint. IX 3, 97 relationem quid accipi velit, non liquet mihi. Nam si ἀνάκλασιν aut ἐπάνοδον (p. Sull. 46 fero ego te, Torquate, iamdudum fero.) aut ἀντιμεταβολήν dicit, de omnibus locuti sumus.

2. *digressio* — irgend eine Art der μετάβασις oder ἀποστροφή, des zeitweiligen Abgehens von der Darstellung, in der man begriffen ist.

circumscriptio, περιγραφή, περίφρασις. Quint. IX 3, 91 (non est figura) c. sive hoc nomine significatur comprehensa breviter sententia, sive finitio.

6. *effudisse*, I 159.

9. *sol ille,* dort im Westen. Einl. I § 19.

4) Das vierte Erfordernis der elocutio ist das *apte* und *congruenter dicere* c. 55, 210 — 55, 212. S. 37.

15. *patefacti* auch wir 'erschließen' Fundstätten, Gebiete.

commonstrati, wie II 174.

16. *deceat,* I 132; Or. 70; 123 is erit ergo eloquens, qui ad id, quodcumque decebit, poterit accommodare orationem; quod cum statuerit, tum ut quidque erit dicendum, ita dicet, nec satura ieiune, nec grandia minute nec item contra, sed erit rebus ipsis par et aequalis oratio. 74 est autem quid deceat oratori videndum non in sententiis solum, sed etiam in verbis. Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis aetas, nec vero locus aut tempus aut auditor omnis eodem aut ver-

Quamquam id quidem perspicuum est, non omni causae nec auditori neque personae neque tempori congruere orationis unum genus. Nam et causae capitis alium quendam verborum 211 sonum requirunt, alium rerum privatarum atque parvarum; et aliud dicendi genus deliberationes, aliud laudationes, aliud iudicia; aliud sermones, aliud consolatio, aliud obiurgatio, aliud disputatio, aliud historia desiderat. Refert etiam qui audiant, senatus an populus an iudices; frequentes an pauci an singuli, et quales; ipsique oratores qua sint aetate, honore, auctoritate, debet videri; tempus, pacis an belli, festinationis an otii. Itaque 212 hoc loco nihil sane est quod praecipi posse videatur, nisi ut figuram orationis plenioris et tenuioris et item illius mediocris ad id, quod agemus, accommodatam deligamus. Ornamentis eisdem uti fere licebit alias contentius, alias summissius; omnique in re posse quod deceat facere artis et naturae est, scire quid quandoque deceat prudentiae.

Sed haec omnia perinde sunt, ut aguntur. Actio, inquam, 56 213 in dicendo una dominatur. Sine hac summus orator esse in numero nullo potest, mediocris hac instructus summos saepe superare. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, cum rogaretur quid in dicendo esset primum, huic secundas, huic tertias. Quo mihi melius etiam illud ab Aeschine dictum videri solet; qui cum propter ignominiam iudicii cessisset Athenis et se Rhodum contulisset, rogatus a Rhodiis legisse fertur ora-

borum genere tractandus est aut sententiarum, semperque in omni parte orationis, ut vitae, quid deceat considerandum est; quod et in re, de qua agitur, positum est, et in personis, et eorum qui dicunt, et eorum qui audiunt. 123.

12. *orationis plenioris,* 199.

14. *contentius,* erregter, nachdrücklicher.

summissius, ruhiger, gelassener. Or. 85 itemque si quae verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirent, erunt ab hac submissione orationis alienae.

16. *prudentiae,* praktischer Takt. Derselbe Gegensatz von natura und prudentia II 120; 307 a. E. und 308 z. A.

Auf die Elocutio folgt endlich als der letzte Hauptteil der gesamten Rhetorik B. die *actio* c. 56, 213—59, 228.

17. *haec omnia,* alles was bisher über das ornate und apte dicere gesagt ist.

perinde sunt. Brut. 188 (multitudo) gaudet dolet ridet plorat favet odit etc.; haec perinde accidunt, ut eorum qui adsunt mentes verbis et sententiis et actione tractantur. Ter. heauton. I 2, 21 paréntis, patriam incólumem, amicos, génus, cognatos, dívitias. Atque haéc perinde súnt, ut illiust ánimus, qui ea póssidet: Qui utí scit, ei boni: ílli, qui non útitur recté, mala.

18. *in numero nullo,* 83. Brut. 117 Q. Aelius Tubero — nullo in oratorum numero, sed vita severus (als Redner unbedeutend).

20. *Huic primas dedisse* etc. Brut. 142 in Antonio actio singularis — ut verum videretur in hoc illud, quod Demosthenem ferunt ei, qui quaesivisset, quid primum esset in dicendo, actionem, quid secundum, idem et idem tertium respondisse. Nulla res magis penetrat in animos eosque fingit, format, flectit, talesque oratores videri facit, quales ipsi se videri volunt. Or. 56. Quint. XI 3, 6.

tionem illam egregiam, quam in Ctesiphontem contra Demosthe-
nem dixerat; qua perlecta petitum ab eo est postridie, ut le-
geret illam etiam, quae erat contra a Demosthene pro Ctesi-
phonte edita; quam cum suavissima et maxima voce legisset,
admirantibus omnibus, Quanto, inquit, magis miraremini, si
audissetis ipsum! Ex quo satis significavit, quantum esset in
actione, qui orationem eandem aliam fore putarit actore mutato.
214 Quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule, meministi, quod
me puero tanto opere efferretur? '**Quo me miser con-
feram? quo vertam? In Capitoliumne? At fratris san-
guine madet. An domum? Matremne ut miseram
lamentantem videam et abiectam?**' Quae sic ab illo esse
acta constabat oculis, voce, gestu, inimici ut lacrimas tenere
non possent. Haec ideo dico pluribus, quod genus hoc totum
57 215 oratores, qui sunt veritatis ipsius actores, reliquerunt, imita-
tores autem veritatis, histriones occupaverunt. Ac sine dubio
in omni re vincit imitationem veritas; sed ea si satis in actione
efficeret ipsa per sese, arte profecto non egeremus. Verum
quia animi permotio, quae maxime aut declaranda aut imitanda
est actione, perturbata saepe ita est, ut obscuretur ac paene
obruatur, discutienda sunt ea, quae obscurant, et ea, quae sunt
216 eminentia et prompta, sumenda. Omnis enim motus animi
suum quendam a natura habet vultum et sonum et gestum;
corpusque totum hominis et eius omnis vultus omnesque voces,
ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a motu animi quoque sunt
pulsae. Nam voces ut chordae sunt intentae, quae ad quem-

6. *Ex quo — significavit.* Im significavit ist das Resultat davon, nämlich intellegitur, mit eingeschlossen.

7. *putarit,* ohne weitere Beziehung auf den eben erzählten konkreten Fall, also nicht damals, sondern, wie aus jener Äußerung hervorgeht, überhaupt und allgemein. (Abrinc. Erl. I.)

8. *quem,* 133.
melius, Catulus war ein Jahr nach C. Gracchus' Ermordung schon Quaestor, während Crassus damals erst kaum 17 Jahre alt war.

9. *efferretur.* Zu dem handschriftlichen ferretur 'in aller Munde war' paßt nicht tanto opere.
Quo me conferam etc., aus einer seiner Volksreden, wie es scheint, nicht lange nach seines Bruders Ermordung gehalten. Ob ihm bei diesen Worten wirklich eine Stelle aus Ennius' Medea (217) zum Vorbild gedient, bleibt dahin gestellt; ebenso, ob Cic. in seiner Rede p. Mur. c. 41 Gracchus' Worte vor Augen gehabt.

10. *Capitoliumne,* Vell. II 3 is (Tib. Gr.) fugiens decurrens clivo Capitolino, fragmine subsellii ictus, vitam — immatura morte finivit.

12. *abiectam,* 218.

13. *inimici ut* — nicht bloß seine Freunde.

15. *veritatis,* des wirklichen Lebens, der Wirklichkeit, I 149; II 34; 94.

18. *efficeret,* 'wirken',

19. *declaranda aut imitanda* zum echten oder geheuchelten Ausdruck bringen. Zu dem Gegensatz zwischen Schauspieler u. Redner vgl. II 193 f.

22. *Omnis* etc., Hor. A. P. 105 ff.

25. *sonant* zeugmatisch auch auf corpus und vultus bezogen.

que tactum respondeant, acuta gravis, cita tarda, magna parva; quas tamen inter omnes est suo quoque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera, lene asperum, contractum diffusum, continenti spiritu intermisso; fractum scissum; flexo sono extenuatum inflatum. Nullum est enim 217
horum generum, quod non arte ac moderatione tractetur. Hi sunt actori, ut pictori, expositi ad variandum colores. Aliud 58
enim vocis genus iracundia sibi sumat, acutum, incitatum, crebro incidens:

Ípsus hortatúr me frater; út meos malís miser
Mándarem nátos

et ea, quae tu dudum, Antoni, protulisti:

Ségregare abs te aúsus

et:

Écquis hoc animadvórtit? vincite

et Atreus fere totus. Aliud miseratio ac maeror, flexibile, plenum, interruptum, flebili voce:

Quo núnc me vortam? quód iter incipiam íngredi?
Domúm paternamne? ánne ad Peliae fílias?

1. *magna parva*, stark u. schwach.

2. *mediocris*, im Mittelton.

3. *lene*, Moll.

asperum, Dur.

4. *contractum*, pizzicato, den Ton nur anrührend.

diffusum, legato, mit anderen Tönen gebunden, gewissermaßen verschmelzend.

continenti spiritu, tenuto, getragen.

intermisso, staccato, abgebrochen, abgerissen.

fractum, gedämpft.

5. *scissum*, arpeggio, eigentlich geharft, gebrochen. Quint. XI 3, 20 praeterea ut sint fauces integrae, id est molles ac leves, quarum vitio et frangitur et obscuratur et exasperatur et scinditur vox.

flexo sono gehört zu beiden: mit veränderter Tonstärke, decrescendo u. crescendo, 102.

6. *non arte ac moderatione tractetur*, kunstmäßiger Behandlung und Regulierung, mit einem Wort der Schule unterworfen.

7. *expositi*, I 15; der Gedanke ähnlich I 217.

9. *crebro incidens*, häufig absetzend (crebra incisa faciens.)

10. *Ipsus*, altertümliche Form für ipse etc. (tetr. troch. cat.), Worte des Thyestes aus Accius Atreus. Tusc. IV 77 Ira vero, quae, quam diu perturbat animum, dubitationem insaniae non habet. — Audi Thyestem: Ipsus etc. Eorum viscera apponit. Quid est enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor? Lucret. II 638 Ne Saturnus eum malis mandaret. Soph. Ai. 1293 f. *'Ατρέα — προθέντ' ἀδελφῷ δεῖπνον οἰκείων τέκνων.*

12. *dudum*, vorhin, oben II 193.

15. *Ecquis* etc., Ribbeck p. 140. Anfang eines troch. tetrameter cat. gleichfalls aus dem Atreus des Accius 'Ahndet denn dieses Niemand? bindet ihn!' Tusc. IV 55 'Ecquis h. a. v.' num aut egisse umquam iratum Aesopum aut scripsisse existimamus iratum Accium?

16. *flexibile*, schmiegsam 176.

plenum, wie vor dem Ausbruch der Thränen.

18. *Quo nunc me vortam* (trim. iamb.) Vahlen p. 130 aus Ennius' Medea, nach Eurip. Med., zu Iason gesprochen 502 ff. *νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους, οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην; ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας; καλῶς γ' ἂν οὖν δέξαιντό μ' οἴκοις*

et illa:

O páter, o patria, o Príami domus!

et quae sequuntur:

Haec ómnia vidi inflámmari,
Priamó vi vitam evítari.

218 Aliud metus, demissum et haesitans et abiectum:

Múltis sum modis círcumventus, mórbo, exilio atque ínopia;
Túm pavor sapiéntiam omnem mi éxanimato expéctorat;
Máter terribilém minatur vítae cruciatum ét necem,
Quaé nemo est tam fírmo ingenio et tánta confidéntia,
Quín refugiat tímido sanguen átque exalbescát metu.

219 Aliud vis, contentum, vehemens, imminens quadam incitatione gravitatis:

Iterúm Thyestes Átreum adtractatum ádvenit,
Iterúm iam aggreditur me ét quietum exsúscitat.
Maiór mihi moles, máius miscendúmst malum,
Qui illíus acerbum cór contundam et cómprimam.

Aliud voluptas, effusum, lene, tenerum, hilaratum ac remissum:

ὧν πατέρα κατέκτανον (von Korinth nach Iolkos, wo bekanntlich Medea des Pelias Töchter überredet hatte, ihren Vater zu zerstückeln und zu kochen, als werde er dadurch wieder jung). Ovid. Met. VII 297 ff.

2. *O pater*, 102.

5. *vi vitam evitari*, mit der bei den älteren Dichtern sehr beliebten παρήχησις. *evitari*, vitam eripi, kommt in der klassischen Zeit nicht mehr vor. 154.

7. *Multis* etc., 154.

9. *Mater* etc. sind Worte des Alkmaeon, des Sohnes von Adrast, der nach seiner Rückkehr vom Epigonenzuge seine Mutter tötete und daher gleich Orestes von den Erinnyen verfolgt ward.

11. *sanguen* für sanguis. de fin. V 31 Quamquam quid est quod magis perspicuum sit, non modo carum sibi quemque, verum etiam vehementer carum esse? quis est enim aut quotusquisque, *cui*, mors cum appropinquet, *non* '*refugiat timido sanguen* atque exalbescat metu?' (wohl mit Wechsel des Subjekts et qui non etc.); *quae* dann: angesichts dessen = quae eiusmodi est, ut nemo sit = (Anakoluth).

12. *contentum*, energisch. Or. 56. *imminens*, II 225.

incitatione gravitatis, mit nachdrücklichem Andrang u. ernstlichem Entschluß, II 183.

14. *Iterum* (trim. iamb.), Ribbeck p. 136. Worte des Atreus aus Accius' gleichnamiger Tragödie. (*Atreum adtractatum* hat Ribbeck nach dem Abrinc. und Erl. I beibehalten.) Abermals (nachdem er erst das Ehebett des Bruders entehrt und darum von diesem aus Mykene vertrieben ist) ist Th. da, um von Neuem sich an Atreus zu versuchen und meine kaum wiedergekehrte Ruhe schon wieder zu stören: ich muß noch andere, stärkere Mittel brauchen, sein hartes Herz zu brechen. (Die beste Konjektur für Atreum adtractatum ist die von Lambin: *mecum altercatum*.)

16. *Maior moles*, daß er nämlich Thyestes' Söhne schlachte und ihr Fleisch dem Vater zum Essen vorsetze, Tusc. IV 77 quo igitur haec erumpit moles? Audi Thyestem: Ipsus etc. 217.

miscendumst, beachte die Allitteration. Cat. IV 6 ego magnum in republica versari furorem et nova quaedam misceri et concitari mala iam pridem videbam.

18. *voluptas*, Frohsinn. *effusum* im Gegen-

Séd sibi quom tetulít coronam ob cólligandas núptias,
Tíbi ferebat; quóm simulabat sé sibi iam facís dare,
Tum ád te ludibúnda docte et délicate détulit.

Aliud molestia, sine commiseratione grave quoddam et uno pressu ac sono obductum:

Quá tempestate Hélenam Paris innúptis iunxit núptiis,
Égo tum gravida, explétis iam fere ád pariendum ménsibus;
Pér idem tempus Pólydorum Hecuba pártu postremó parit.

Omnes autem hos motus subsequi debet gestus, non hic verba 59 22
exprimens scenicus, sed universam rem et sententiam non demonstratione, sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti ac virili, non ab scena et histrionibus, sed ab armis aut etiam a palaestra. Manus autem minus arguta, digitis

